ANALECTA

ISOCRATEA

COMPOSVIT

BRVNO KEIL
DR. PHIL.

SVMPTVS FECERVNT

F. TEMPSKY
PRAGAE.

G. FREYTAG
LIPSIAE.

MDCCCLXXXV.

PARENTIBVS CARISSIMIS

SEXTVM MATRIMONII LVSTRVM

INAVGVRANTIBVS

PRAEFATIO.

Edentibus nobis Analecta haec Isocratea praefatione tripertita opus videtur esse: namque et qui sit liber noster et quomodo natus et quibus extructus auxiliis explicandum.

Summa rerum continetur capitibus primo et altero: horum in prius omnes locos qui apud alios veteres scriptores ex Isocrate excerpti leguntur composui atque addita scripturae discrepantia digessi; qua lectionum farragine ita opere procedente utor, ut inde fulcra subsidiaque rebus altero in capite comprobandis substruam, quo iam eruere studeo accuratius, qua via quave ratione Isocratis orationes superstites nostram ad aetatem pervenerint; ideoque hanc subii quaestionem, ut expedita re firmius recensionis fundamentum iacere nobis liceret. Iam vero haec dum disputo, haud pauca utroque in capite occurrerunt, quae quanquam accurata copiosaque tractatione — sive quod parum adhuc expedita sive quod aliter mihi ac viris doctis diiudicata erant — indigere interdum videbantur, tamen breviter adumbrari aut leniter perstringi tantummodo poterant. Omnia igitur quae enarrationibus argumentationibusque conserendis erant iniqua quaeque annotationum ambitum excedebant, seiunxi seiunctaque unum in locum composui; hisce autem cum adiungerem aliqua quae ut laxius connexa cum re tractata ita maiori mihi curae erant, quam quae omnino reticerem, factum est, ut tertium efficerem caput, cui 'excursuum' indicem vindicarem. — Et haec de tribus 'Analectorum' partibus, quibus capitum nomina indidi: relinquitur ut eam paucis commenter, quam indice vacuam illis praemisi. Atque hic cum finis sit omnis studii in antiquitate positi, ut veterum hominum vitam ex cunctis et artium et literarum monumentis, quibus tempora pepercerunt, nobis refingamus et tanquam e situ ruderibusque resuscitemus, ea huius studii pars, quae ad sospitanda veterum scripta spectat, minime pluris est habenda quam

viae praemunitio, qua ad altiora expeditius petamus. Attamen totus ego in lectionibus singulis perscrutandis componendis diiudicandis, totus in minutiarum minutissimis: studens igitur quod in promptu est opprobrium cavere paucas plagulas curis criticis praefigendas curavi, quibus quid in universum de ipso Isocrate de eiusque vita et scriptis sentirem summatim exponerem. Hanc iam respice illius partis naturam: videbis cur eam sine titulo legi maluerim quam falsas ipso nomine spes moveri, praesertim cum singulas res minime omnes pari cura pertractaverim, aspernatus fere notas vel de quibus inter viros doctos constat, commentatus accuratius de quibus aliud atque ceteris mihi iudicium videbatur ferendum esse. Neque etiam simulata scientia cunctos vilissimae cuiusque rei testes attuli, sed dedita opera transii silentio quae facillimo negotio e volumine altero diligentissimi operis Blassiani 'die Attische Beredsamkeit' vel a tironibus repeti possunt: cum pulvisculo omnia converrere meum non erat, cum praeluderem, ut praeverterem. — Sed in primum quoque caput quaedam propterea necesse animadvertere, quia doctissimus quisque summo iure valde mihi videtur posse timere, ne sit munus conquirendi locos Isocrateos ex veterum literis longe difficilius, quam quod apte ab adulescente suscipiatur. Quis vero crediderit hoc me illos congerentem plane fugisse aut congestis iis ne omisissem multa omnino veritum non esse? Et ipse mihi certos constitueram fines, intra quos aliquatenus vires operi responderent, eosque tantum locos recepi, quibus ipsa oratoris verba comprehenduntur; nam imitationum quoque Isocratearum genus latissime patens ex seriorum scriptorum relliquiis enucleari et colligere profecto munus erat meis gravius umeris. Attamen cognita muneris difficultate in consilio perstiti eoque diligentius mox rem persecutus sum, quo luculentius procedente tempore perspiciebam, esse quae Blassius in suum non convertisset quibusque compositis haud inutile supplementum editionum Isocratearum quae feruntur possem praebere.

Et cum hunc in usum locos undique conquisitos componerem, necessario discedendum mihi erat a ratione ceteroquin omni numero mihi probata, quam Fuhrius in egregiis suis commentationibus Musei Rhenani volumini tricesimo tertio insertis secutus est; etenim si, quod vir ille doctissimus fecit, exhibitis diversis lectionibus statim quae esset optima disceptare instituissem, parum habile iis effecissem adminiculum, qui lectionum varietate respecta Isocratem lecturi sunt. Quamobrem diversas scripturas testium inter se discordantium singulas deinceps enarravi seiunctimque ab enarratis modo in annotationibus

modo in excursibus criticam artem excercui. Recessi autem hac ab ratione iis solis locis, quibus res duabus tribusve voculis appositis inter lectiones diiudicari potuit; ubi testibus inter se discrepantibus nullo verbo meam sententiam significavi, eam me tueri scito lectionem, cui primam sedem concessi. In ipsis vero adferendis lectionibus minutas neglexi potioresque ita selegi, ut iusto plures fortasse notare studerem quam contrariam in partem peccare. Adscripsi autem scriptorum locos omnes, etiamsi scirem alium alius esse fontem, non quo quid nos inde proficere posse crederem, sed quia primarios tantum auctores nominare, quod in animo erat, meis viribus maius esse inceptum mox intellexi, qui in Harpocrationis asseclis ceterisque glossographis non haererem, ex rhetorum scholiis et gnomologiis non me expedirem: tamen quantum potui eorum scriptorum nomina et locos uncis inclusi, quos inter omnes constat ex auctore modo arcessito pendere. Praeterea autem saepissime factum est, ut interposita lineola locis illis adderem alios, quos duplicis generis esse facile videbis: alteri enim forma quamvis mutata sine dubio redeunt ad verba Isocratea quibus sunt apposita, alteri eodem non sine fructu adsciscuntur, licet indidem certo non possint derivari. — Asteriscum autem eorum scriptorum nominibus praefixi, qui verba oratoris aut in brevius redegerunt aut quemvis alium in modum deformaverunt. Signa denique quae in apparatu critico adhibui solemnia receptaque sunt, nisi quod reversus ad Bekkeri consuetudinem vulgatam, cuius fidem atque auctoritatem adhuc paene incognitam studiis criticis Isocrateis cum omnibus tum meis dubiam quandam infidamque speciem offundere bene scio, litera ς notavi et libros 'Antidosis' per 'α' compendio additum distinxi, sicubi in recensendis prioribus orationibus illius codices, quippe qua ex his excerpta contineantur, in censum vocare licuit. Illud autem reduxi, ut vulgatam Isocratis et Stobaei, quarum utramque per 'v.' vel per 'vulg.' indicare solent, facilius inter se distinguerem: novari hoc, ne ipse me consortem redderem ambiguitatis a Blassio Fuhrioque admissae, qui eodem signo, quo in aliis scriptoribus ad indicandas diversorum scribarum manus utuntur, in Isocrate ad distinguendos orationis quintae decimae libros adhibent. Itaque pro E^2 Θ^2 Λ^2 vulg.^{2} dedi E^α (i. e. $E^{\alpha(\nu\tau\iota\delta o\sigma\varepsilon\omega\varsigma)}$) Θ^α Λ^α ς^α et, si cunctos libros significatos volo, Is.$^\alpha$. — De ceteris notis disserui p. XII.*)

*) Et cum Analectorum horum novem iam quaterniones qui dicuntur typis expressi essent, editus est liber 'Mélanges Graux' (Parisiis 1884) inscriptus, in quo Alfredus Schoene 'de Isocratis papyro Massiliensi (Isocr. ad. Nicoclem § 1—30)' commentatus in lucem emisit scripturae relliquias, quas sedecim schedulae papyraceae Aegyptiacae ab

Quae altero loco praemonenda mihi sunt paucis absolvere licet. Conscripseram enim quae hoc libello continentur ad summos in philosophia honores consequendos obtuleramque ea ordini philosophorum amplissimo Gryphiswaldensi; sed cum integrum opusculum dissertationum quae vocantur ambitum superaret, ex illo eam primi capitis partem, quae priori editionis Blassianae volumini respondet, separatim exprimendam curavi, ut particulam istam paginas huius libelli 13—57 complectentem, cui pro natura sua 'Analectorum Isocrateorum specimen' inscripsi, solemnium dissertationum in usum destinarem. Moneo autem 'Speciminis' illius paginas novissimas hoc in libello emendatiores legi.

Exponendum denique quae mihi subsidia in conscribendis 'Analectis' praesto fuerint. De editionibus quibus usus sum verbis parcere licet, nisi quod moneam sane oportet Antonii Monachi locos me e Gesneri editione repetivisse, contra eos locos, quos ad versionem Ribittianam exhibui, Wachsmuthii libri 'Studien zu den griechischen Florilegien' paginis 166 sqq. deberi; eodem ex fonte fluxisse quas 'gnomologii Parisini' et 'Melissae Augustanae' protuli lectiones per se intellegitur, cum prima horum gnomologiorum frustula ipsum istum per librum Wachsmuthius lucem visere iusserit. Ceteroquin vero nullum fere in caput primum recepi locum, quem non ipse ex scriptoribus veteribus hauserim; trium quattuorve autem eorum, quos ab aliis mutuatus sum, auctores religiose adscripsi; quam rem omnino ita gerere non potui, nisi ad copias bibliothecae gymnasii Regii Ioachimici per singularem illam liberalitatem, qua nunc illa administratur, mihi aditus utique patuisset. Verum ut ad editiones revertar, Segueriani qui dicitur sexti locos non ex Anecdotis Bekkeri, cuius fidem in excudendo codice illo Coisliniano nuper Boysen praedicavit, sed ex Bachmannianis deprompsi, quae integrum lexicum complectantur, cum eius Bekkeriana solam literam α contineant; neque enim eiusdem libri alios locos aliter notare volui. Contra in rhetoribus Graecis, quos vocant, partim Walzianam partim Spengelianam editionem adhibui, quanquam si constare mihi

---

editore tertio a. Chr. n. saeculo vindicatae ex oratione 'ad Nicoclem' servant. Sunt eae ex parte literarum plane evanidarum; attamen ea quae legi possunt valde digna puto, quae omnium animos in se convertant, et quia illis antiquiores orationum Isocratearum testes — etsi de aetate papyrorum a Schoenio recedas — non habemus, et quia exemplar Aegyptiacum insigni lectionum diversitate a recensionibus librorum quos nos tenemus Isocrateorum abhorret. Praeterea viri docti velim animadvertant, quam egregie quae pag. 84 sq. disputavi ipsis papyrorum lectionibus confirmentur; accuratius vero de Massiliensis auctoritate in Hermae Berolinensis vol. XIX p. 596 sqq. disputaturus sum.

voluissem, solam illam sequi fortasse debui; at tres libelli Spengeliani et melius recensiti mihi esse et plurium manibus teneri videbantur, quam decem volumina Walziana. Stobaei lectiones quod ex editione Dindorfiana dare adhuc coacti sumus vere doleo, quamvis non sine causa dubitari posse credam, num in Isocrateis locis ex nova Matritensis collatione multa profecturi simus. Quod vero Dionysii copias tam nitide atque eleganter ex Useneri collationibus Fuhrius nobis obtulit, quis est quin mecum gaudeat? Praeter hunc nominandi sunt viri quorum scripta saepius mihi adhibenda erant, Blassius, qui quantum studiis Isocrateis et editione sua profuerit et opere laborioso 'die Attische Beredsamkeit' non meum est praedicare, Wachsmuthius, cuius ex libro 'Studien zu den griechischen Florilegien' haud pauca me hausisse supra iam memoravi, Martinus, ad quem quaecunque de 'Panegyrici' lectionibus profero redeunt. Quibus viris quantum debeam ipsi optime videbunt: hanc ego iis gratiam rettulisse me spero, quod temere illorum copiis non usus sum, sed utique proprium iudicium exercere studui. Quam vero istis non dico referam, sed habeam aut agam, quibus referendae gratiae facultas neque est nec potest esse unquam? Quam Kiesslingio Susemihlio Wilamowitzio, praeceptoribus Gryphiswaldensibus, qui nunquam sua me destitutum voluerunt doctrina? Quam Hermanno Hellero, gymnasii Ioachimici professori et bibliothecario, cuius sine opera hic liber omnino non in lucem prodiisset cuiusque eximia erga me benevolentia vel in plagulis corrigendis auxilia mihi non detrectavit? Impotens referendi, dum mutuo pudore suffundor simulque gaudeo tales mihi favisse viros, grato imprecor animo mihi pergant favere. At invida fata: huic quoque laetitiae dolorem immiscuere. Qui enim edere haec potui Analecta illius immemor viri et praeceptoris, qui Isocratem discipulo mihi vix puberi tractandum proposuit? Rudolfi Hercheri piam revoco memoriam hoc quo ante sex discessit annos die id tristi exoptans cum desiderio, uti messes in adulescente videret quorum semina in puero condiderat.

Dabam Havelbergii a. d. VIII. Kal. Apr.

ANALECTORVM DISPOSITIO.

ANALECTA ISOCRATEA.

NOTARVM TABVLA.

Is. = libri Isosratei omnes. — Γ = Urbinas, cuius collationem in or. IV praebet Martin, *le manuscrit d'Isocrate Urbinas CXI de la Vaticane (Paris. 1881)*. — E = Ambrosianus. — Δ = Vaticanus (936). — Θ = Laurentianus. — Z = Scaphusiensis. — Λ = Vaticanus (65). — Ξ = Marcianus. De his cf. Isocrat. ed. Blass. vol. I praef. p. V sq. — De ϛ (= vulgata) et $E^{\alpha}\,\Theta^{\alpha}\,\Delta^{\alpha}$ Is.$^{\alpha}$ cf. praef. p. VII ibidemque in annotatione de M = Massiliensi (or. II 1—30).

De Stobaei libris velim Dindorfianae editionis praefationem, de Prisciani adeas Hertzii tabulam GL. II p. XXXIV K.

Compendia cetera notissima sunt: de gnomologiis pauca adicienda videntur.

Gnom. Byz. = Gnomologium Byzantinum '*Γνῶμαι κατ' ἐκλογὴν ἐκ τῶν Δημοκρίτου καὶ ἐγχειριδίου τοῦ Ἐπικτήτου καὶ τῆς πρὸς Δημόνικον ἐπιστολῆς τοῦ Ἰσοκράτους καὶ ἑτέρων φιλοσόφων*', quod Wachsmuthius, *Studien zu den griech. Florilegien* p. 166—207 composuit.

Exc. Laur. = Excerpta Laurentiana (ex Ioannis Damasceni Parallelis): Stob. flor. ed. Mein. IV p. 147 sqq.

Exc. Vind. = Excerpta Vindobonensia: Stob. flor. ed. Mein. IV p. 290 sqq.

Mon. = Florilegium Monacense: Stob. flor. ed. Mein. IV p. 267 sqq.

Leid. = Florilegium Leidense: ed. Beynen (Lugd. Bat. 1837. diss.).

Pal. = Florilegium Palatinum: ed. Wachsmuth in '*Satura philologa Hermanno Sauppio oblata*' p. 14 sqq.

Bar. = Florilegium Baroccianum: ed. (Bywater). Oxoniae 1878.

Par. = Florilegium Parisinum: ineditum; cf. praef. p. VIII et Wachsmuth, *Studien z. d. gr. Flor.* p. 163.

Gnom. Basil. = 'Gnomica Basileensia' i. e. collectio '*ἀνδρῶν ἐπισήμων γνῶμαι*' inscripta, quam praebent Frobeni 'scriptores aliquot gnomici' (Basil. 1521) p. 142 sqq.

Georgid. = Georgidae gnomologium ap. Boissonad. An. Gr. I 1 sq. (Adhibui praeterea Gnomologia ap. Boissonad. An. Gr. I 113 sqq. edita).

Aliis de notis dixi praef. p. VII.

Isocrates Theodori filius ex Erchia pago Attico oriundus [1]) natus est quinque annis ante exortum bellum Peloponnesiacum mortuus paucis diebus post commissam pugnam Chaeronensem. Quo vitae spatio quanquam ter humanam aetatem explevit terque funditus eversas vidit res Graecas, tamen inde ex eo tempore, ex quo quid de rebus publicis sentiret professus est, unam eandemque semper proferre doctrinam non destitit: bellandum esse contra Persas patrios hostes Graecis inter se reconciliatis. Neque igitur mirum quod multi extiterunt, qui oratorem acriter vituperarint conclamantes numquid insipientius cogitari possit quam hominem contra Persarum regem Graecos incitantem eo tempore, cum hic illorum res omnino non iam curaret aut vix attingeret. Et unam certe rem idem explicaturi miram hanc viri sui constantiam recte animadverterunt, cum Isocratem quinti saeculi hominum consiliis et voluntatibus adeo inhaesisse dicerent, ut rerum quibus genera insequentia studuerunt propter innatam quandam animi tarditatem segnitiemque admodum aegre rationem habere posset. Quamvis autem alte quae puer didicerat iuvenisque viderat oratoris in animum descenderint, tamen adduci nequeo ut tam obtuso hebetique ingenio Isocratem fuisse credam, ut quaecunque protulit ipse non sentiret utique vana irritaque dicta esse. Scio equidem causas non solum posse excogitari sed fuisse etiam cur orator quae docuit ad vitae usum transferri nequire tarde perciperet — dico nimium sui ingenii amorem et recessum in quo a fori luce plebisque sibilis et clamoribus remotus, quae eum fortasse de ficta sua rerum humanarum condicione non celassent, per totam vitam latuit — quanquam hoc quoque recte inquam monetur, tamen rem non conficit: verioris

[1]) Hermippus (ap. Diog. L. II 55) auctor est Isocratem in Xenophontis filium Gryllum proelio Mantineensi occisum laudationem scripsisse; Xenophon autem eodem ex pago ortus est: si igitur Isocratis erat laudatio, orator populari consolationem obtulerat, sin spuria, falsario ipsa Xenophontis et Isocratis communis origo subiciendae orationis ansam dederat, ita ut nulla ratione de Isocrate Apolloniae nato laudationis auctore cogitare cogamur, id quod Blassius (Att. Bereds. II 94) fecit. Equidem causam non video cur Hermippo fidem denegemus.

rerum publicarum cognitionis vestigia apud oratorem hic illic deprehendimus. Quis enim est quin miretur quod orator aequi iustique rationem solam habendam esse in oratione 'de pace' conscripta docens in 'Panathenaico' dixit didicisse Lacedaemonios ἐξ αὐτῶν τῶν συμβεβηκότων κατὰ μὲν τοὺς νόμους τάς τε πόλεις καὶ τὰς χώρας τούτων εἶναι δοκούσας τῶν ὀρθῶς καὶ νομίμως κτησαμένων, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν τούτων γιγνομένας τῶν τὰ περὶ τὸν πόλεμον μάλιστ' ἀσκούντων καὶ νικᾶν ἐν ταῖς μάχαις τοὺς πολεμίους δυναμένων (§ 46.), cf. V 45. — Neque vero hoc solo loco relinquitur quod explicatione indigeat, sed multis etiam aliis; atqui illam nisi in tritis istis quae oratori imponunt velut 'kurzsichtige Gutmüthigkeit, verschwommene Gefühlspolitik, politische Urtheilslosigkeit' similibusque latere credas, perlustrandae denuo sunt Isocratis vita et orationes numquid aliud eruere liceat.

Quanquam Atheniensium neminem fuisse credo, qui cum Euripidis (frg. 569, 2 N) versum οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσίν, οἱ δ' ὄντες κακοί ab Aristophane ad poetas aequales translatum audiret (ran. 72) risum tenuerit, tamen quo quis spectatorum melius suae aetatis ingenium perspectum habuit, eo magis putandus est sensisse quam acerbe quamque serio comoedus, ioci ut solet persona indutus, poetas Athenienses conquestus sit fuisse. Qui enim insequentium temporum viri principes in litteris Graecis ducebantur, versus non adhibebant sed pedestri oratione utebantur; neque vero tragicorum partus aut fontes adeo evanuerant ut qui aetate eos consecuti sunt nihil inde lucrarentur. Mutabant enim leniter aut mutuabantur a veterum poesi auctores dialogorum philosophicorum ipsam loquendi formam, scriptores rerum gestarum orationes quae dicentium animos depingendi causa iam primis temporibus inde deprompta rebus inserebantur [1]), paradoxographi veteres velut Gorgias Polycrates alii ipsas laudum vituperationumque causas. Contra oratores recentes postquam veteres et ipsos penitus ex tragoedia pendentes [2]) campo cedere coegerunt,

---

[1]) Hoc Iebbius ('die Reden des Thukydides' übers. von J. Imelmann, Berlin 1883) in Thucydide sola rerum tractatione scriptoris perlustrata eleganter demonstravit, quanquam dolendum quod ex ipso sermone sententiae suae argumenta gravissima subdere supersedit. Qui vir doctissimus cum tragicos scriptorem secutum esse ipse doceret, a logographis qui dicuntur Ionicis orationes rebus insertas esse idque ad epicorum exemplum compositas minime concedere debuit; nam quod factum esse statuere vetamur ratione ducti, idem ne fuisse nobis sumamus ipsa fragmentorum superstitum indole prohibemur.

[2]) Hac de re alio loco fusius agam. — De paradoxographis haec pono: scenici cum in fabulis liberos contra parentes, maritos contra uxores, duces contra servos τείνοντας λόγων ἀγῶνας facerent, substruendis peiori rei speciosis et quantum id fieri potuit honestis argumentis et rationibus quid aliud praestabant auditoribus quam paradoxographi postea lectoribus suis? Neque reticendum videtur declamationes istas in argumentis tragicis versari: Helena Palamedes Busiris Clytemnaestra Neoptolemus Alexander Penelopa nomina sunt fabulis assueta; nimirum imitatores ad exempla arte se applicabant.

Siculis suis artificiis Atticum forum tenuere. Cum igitur quasi intermortua vera tragoedia ex veterum literis aliqua essent servata, servatis nova multa addita, tamen quae quinti saeculi spectatorum unusquisque poetarum inventa audiens discebat, ea insequentis aetatis homines liberali doctrina eruditissimi aequalium argumentationes contemplationes declamationes lectitantes aegre sibi parare poterant: volgus cum talia non concoqueret in foro atque iudiciis exultabat dediscebatque quae proavi fabulis auditis inflammati coluerant, patriae amorem morumque sinceritatem. Hoc iam tum conquesti sunt multi, pauci malo adhibere medicamen conati: inter quos fuit Isocrates. Isocratem enim dico, cum tragoediam intellexisset floruisse, hoc publicas suas orationes conscribendo studuisse, ut aequalibus id praestaret quod poetae isti maioribus. Horum igitur aemulus extitit, cum numerum istum et modum induceret, quem in soluta oratione quamvis versus evitandi essent servari oportere docuit (Cic. Brut. 8, 32); neque reticendum quam anxie et religiose in eligendis verbis se gesserit; quantum enim recentiores tragici ab illius temporis sermone urbano granditate verborum et maiestate abhorrebant, tantum Isocrates castitate dicendi et puritate praeter aequales minus delectissimae cuiusque vocis avidos florebat. Hisce singularia artificia ex tragicorum officina deprompta haud pauca possis adicere, ex quibus postea nonnulla erunt tractanda [1]). Quid? quod adeo sua limavit ut non modo hiatum vitaret, qui poetarum usus iam antea a technicis quibusdam in orationes erat receptus, sed tam caute verba componeret, ut ne elisiones crasesque pronuntiatu difficiliores quidem pateretur et saepissime a simplici atque inaffectato verborum ordine hanc propter causam recederet. Et cum tali arte adeo audientium animos delectaret, ut conclusiones istae ad numerum factae, singula enuntiatorum membra inter se respondentia aequabilemque ad ambitum composita, sententiae naturali quadam verborum circumscriptione constrictae magis ad versuum decus ac suavitatem quam ad pedestris orationis tenorem aequalibus accedere viderentur (Alcid. c. soph. 14), ipsas res ita tractabat, ut legentium animos et mitioribus et gravioribus motibus elatos ad optimi cuiusque studium revocaret; quo munere poetarum peculiari quam bene functus sit Dionysius Halicarnassensis (de Isocr. iud. c. 5 sqq.) exposuit et ipse quoque orator plus uno loco de granditate causarum ab ipso tractatarum gloriatur. Isocrates ergo ut idem aequales ex ipsius orationibus possent haurire quod patres ex fabulis tragicorum, pro versuum deliciis sermonis suavitatem et elocutionis artem, pro argumentis religione animos commoventibus dictorum sententiarumque elegantiam et rerum publicarum tractationem deliberationemque dignissimam reposuit.

Fuit igitur Isocrates tragicorum aemulus: videsne nunc cur tam acriter orator poetis scenicis adversatus sit, qui non solum in enarrandis rebus a dis heroibusque gestis tragoediarum colores spernere

[1]) Cf. exc. ad I 14 et ep. 4, 11 annotationem alteram.

soleret popularemque famam sequeretur [1]), sed etiam poetarum inventa metri decore orbata saepissime sententiae plane vacua esse contenderet (IX 9 sqq.). Quae dum scribit, ipse nos quod voluit docuit: talia enim sunt verba hominis aemulos oppugnantis, qui competitores aurae popularis ita superare studet, ut cum isti solam elocutionis elegantiam neglecta sententia curarint, ipsum se elate cogitata speciose explicare dicat. Neque vero Homeri poesi veteribusque tragicis adversabatur (II 48): tragicis recentioribus obtrectabat. Illorum enim, quos optime se novisse fassus est (XII 33), mentionem simplicem inicere solet: hos ut sine vituperatione appellet vix ab animo impetrat (IV 168. V 109. IX 62.). Hanc denique si oratori cum poetis simultatem fuisse statueris, non miraberis ipsum tragicorum nomina silentio transire interque discipulos eius paucos admodum poeseos inveniri amatores, cum oratorum rerumque scriptorum Isocratea doctrina institutorum eminentia ingenia inclaruerint plurima: quos cottidie impugnabat, eorum scripta de sua ipsius arte metuens apud discipulos vix tractasse putandus est.

Quodsi Isocrati, ut quae voluit assequeretur, dignae proposito res tractandae erant, spreta historia fabulari, promptuario illo adversariorum, ad patrum res gestas solas se conferre coactus est. An ex iis quae post Athenas dirutas facta sunt civibus exempla patriae amoris vitam libenter prodentis proferre licuit? an argumenta inde repetere, quibus Atheniensium non Lacedaemoniorum in Graecia esse dominationem decere probaret? an expeditiones insignes — praeter unam Xenophonteam — quarum prospero ex eventu stimulos aequalium animis ad bellum contra Persas concitandis adferret? Tales autem patrum erant res gestae, quarum tum iam sanctior illustriorque evaserat memoria: oratoris aetatis in umbra paucissima convaluere quibus uti potuit. [2]) Aut igitur Isocrati causae grandiores omnino non tractandae fuerunt aut maiorum ex facinoribus gloriose perpetratis potissimum sua haurire debuit: illud autem ei cum opus esset, ut tragicorum, quorum quasi vicarius esse voluit, par aemulus existeret, hoc supersedere non potuit. Itaque cum illorum in factis et consiliis necessario cottidie versaretur, quid mirum quod multa inde parum recte ad suam aetatem transtulit? Erat homo: cui autem hominum tale quid non accidere facile potuit, si quidem ipse quoque fatali quodam vinculo cum illarum rerum tractatione coniunctus fuisset? — Licet igitur ipsum illud studium oratori vitio sit vertendum, tamen laudis ei causa facta est: illa enim poetarum imitatione et aemulatione tanquam gladiator in ludo ad certamina quae ei cum adversariis et ipsis

---

[1]) U. de Wilamowitz-Möllendorff, de Euripidis Heraclidis comment. p. XV (ind. lect. Gryph. 1882). Quem locum (XII 168—174) contra proferre possint, eum quo quis accuratius verba oratoris perlustrabit, eo magis mea pro sententia pugnare videbit. Comoediam bis cum contemptu memorat: II 44. VIII 14. De poetis gnomicis cf. Blass Att. Bereds. II 44.

[2]) Haec in loco inseruit laudesque Cononis Euagorae Timothei celebravit.

artis oratoriae studiosis conserenda erant cottidie exercitabatur, ut si in campum descenderat talem se praestaret, qualis is putandus est fuisse, qui ceteros aemulos profligaret omnes, Platoni cedere nesciret. Hae pugnae, quibus Antisthenem Alcidamantem Polycratem vicit contraque Platonem (et Aristotelem) fortiter feliciterque suam provinciam tuitus est, deinceps nobis erant quasi altera Isocratis studiorum pars tractandae, nisi nos ab hoc officio Usenerus Reinhardusque egregiis rei tractationibus liberassent, quibus quid ego adiciam nescio: ad nova igitur nos conferamus.

Namque Isocrates haec neque sola neque per omne vitae tempus studuit, quem, postquam belli Peloponnesiaci clade ut alii multi ita et ipse res familiares pessum dedit, egestatem ad orationes conscribendas non aliter ac Lysiam ad artes componendas impulisse scimus. Sed ut Lysiam artibus initio editis discipulos instituere studentem Theodoro aemulo imparem ad iudicia se contulisse accepimus, ita Isocratem verisimillimum est, cum Lysiam in iudiciis regnantem reprimere se non posse intellexisset, ex litigantium ordinibus in scholae umbram se recepisse; quod factum est circa annum 390. Ludum Athenis instituit et libellum edidit, quo consilia et exempla egregie administrandi praeceptoris muneris non sine acri adversariorum aemulorumque impugnatione memoravit; nec multo post contra Polycratem et ipsum eloquentiae professorem orationem rustice et illepide conscriptam, cui 'Busiridi' nomen indidit, in lucem prodire iussit. Et quae in foro eum fugerat, in ludo adiuvit fortuna: in ludum recens conditum (cf. cap. III excurs. 1, a) in dies plures discipulos recipiebat et brevi tempore ita rem familiarem resarsit, ut beatissima condicione uteretur. Tum ei de victu cogitare non iam coacto primum visum est dedecere ipsum orationes vilis argumenti subieruntque cogitationes illius studii quo inde ab hoc tempore per totam vitam eum detentum fuisse supra vidimus. Decem qui paucissimos tradunt annos oratorem in conscribendo 'Panegyrico' consumpsisse[1]: in quo quamvis ipse multum temporis desudasse testetur, decem tamen illis annis fidem non haberem, ni aliud mihi videretur accedere; hoc est quod Isocrates dum animi stabilitam condicionem certaque totius vitae consilia capessere studet, non tam sedati erat animi, ut quae modo nova cogitaverat eaque solitis maiora, haec statim eleganter literis consignare posset. Edidit autem anno 380 orationem, qua cum Alcidamantis elegantem ac sollertem impugnationem instituit tum patriae splendidissimam ac praeclarissimam laudationem praestitit, divulgandamque ideo tandem saepius recognitam tum curavit, ut Xenophonti adversaretur, cuius historiae Graecae editio prior, rerum a Lacedaemoniis gestis defensio vel potius laudatio, modo in lucem prodierat[2]).

---

[1]) Hoc est: veteres vitarum Isocratearum compilatores ignorabant orationem quae ipsis inter annos 390 et 380 composita esse videretur. Numerus non tradebatur sed ratiocinatione ab iis inventus est.

[2]) cf. Nitsche, Zeitschr. f. d. Gymnasialwes. XXX Beilage Jahresb. 1874 p. 59.

Hac edita oratione Isocratei nominis et ludi famam Atticae arti fines non tenuere. Septem deinde annis post 'Plataicum' scripsit, qui cum 'Archidamo' coniunctus, quid Isocrates de Thebanis eorumque consiliis cogitaverit docet; 'Archidamus' enim circa annum 366 et scriptus et editus est. At Blassius alias rationes sequitur: in nona enim epistula, inquit, legimus oratorem posse quidem laudationem Archidami componere, sed aliis hanc se permittere provinciam; oratio sexta autem teste ipso Isocrate (XII 239) est laudatio Archidami: dum igitur epistula nona scribitur, oratio nondum extabat; atqui epistula anno 356 scripta est (§ 16): post hunc ergo annum oratio composita est. Cum vero Isocrates Archidamum non anno 356 sed 365 eam perorantem faciat, necesse est concludamus declamationis instar orationem habendam esse [1]), qua fortasse Alcidamantis 'Messeniacum' superare voluit. Sed quia exordium orationis iam Demosthenes in 'Timarchea' imitatus est, post annum 353 'Archidamus' editus esse non potest (Att. Bereds. III 2, 352). Ergo intra annos 356 et 353 'Archidamus' Isocratis declamatio contra Alcidamantem conscripta et edita est. At primum quidem quaero num adeo epistularum origo extra dubitationis aleam posita sit, ut si de genuinarum orationum temporibus agatur, omnino illarum ratio habenda sit; [2]) argumenta ex iis petita nihil probant: sive cum iis quae nos ratione aliunde concludimus consentiunt — quis nobis praestet eadem ratione falsarium non usum esse? sive adversantur — quomodo testimonium, cuius fides admodum dubia videtur, pluris facere licet quam res certas recta computatione a nobis connexas? 'Archidamus' autem estne revera ista laudatio? quis affirmaverit oratione aliqua, quae nobis non servata est, Isocratem Lacedaemoniorum reipublicae condicionem non praedicasse? Et imitatio illa Demosthenica, quam premunt isti, estne omnino flocci facienda? quid impedit, quominus Isocratem et Demosthenem prooemiorum volumine usos esse statuamus, quale Andocidem et Lysiam tenuisse scimus (Blass Att. Bereds. III 2, 334) et ab Antiphonte

---

[1]) Hoc post auctorem argum. Isocr. VI Spengelius (*συναγ. τεχν.* praef. p. XXIV) et Vahlenus (der Rhetor Alkid. p. 14—16) fusius demonstrare conati sunt; habuerunt sectatores inprimis Blassium et Reinhardum (de Isocr. aemulis).

[2]) Quid sentiam adumbravi annotatione ultima ad exc. 21; ego auctoritatem Dionysii (de Isocr. iud. c. 9) Grotii (Gr. Gesch. V 595 sq. M.) Benseleri (ed. 1854 p. 70) affero. — Quod critici Alcidamantem contra Isocratem scripsisse 'Messeniacum' statuerunt, hoc non improbo: sed quod Alcidamantem ea oratione Isocratem non tam oratorem quam virum de rebus publicis disserentem oppugnasse confirmant, id non credo; nam in credendo omnis haec de Alcidamantis 'Messeniaco' quaestio posita est, et Vahlenus ex duobus quae illius servata sunt frustulis (frg. 1. 2 S.) Vahleniana quidem sagacitate multa expiscatus est, non Vahleniana coniectandi audacia admodum dubias res est amplexus. — Utrum Isocratis an Alcidamantis oratio sit prioris temporis, ego non video quomodo dubium esse possit. An ullum adversarii opprimendi vestigium apud Isocratem deprehenditur? Prior igitur Isocratis est oratio.

aliisque compositum esse accepimus (Spengel συναγ. τεχν. p. 105—110)? Nos omnia haec missa faciamus redeamusque ad solam orationem ex qua non praeoccupato animo usus nescio an non aliud haurire possis, quam orationem iis temporibus quorum res tractat compositam et editam esse. Huic sententiae ex qua Thebanorum eam impugnationem esse diximus favet ipsa orationis indoles. Unde enim ille color, illa omnium affectuum commotio, illa tumescentis animi eloquentia? Talia solis in 'Plataico' et 'Archidamo': quae sunt hominis qui dum ignotam adhuc civitatem ex parvis incrementis ad veterum auctoritatem non solum pervenire sed eas etiam superare videt, omnibus nervis omnibusque viribus ne fiant quae fieri nefas esse sibi persuaserat prohibere conatur. Duae cum usque ad id tempus civitates de principatu certassent, potuitne Isocrates omnino cogitare tertiam illis parem extitisse? talis rerum Graecarum immutatio ei videbatur omnium eversio, cui tota vis atque natura animi hominis eosdem semper ac traditos orbes permetientis reluctabatur. 'Plataico' ergo ut crescentibus in dies Thebanorum copiis Athenienses resisterent, pro Plataeensibus ipse persuadere popularibus conatus est: ne valentibus Boeotorum opibus Lacedaemonios paene oppressos auxilio Athenienses destituerent, efficere studuit 'Archidamo'. [1]) Ita quae in declamatione careret explicatione, excitans ista et excitata magniloquentia unde originem traxerit non iam quaeri potest; est autem 'Archidamus' ea oratio, quae quanquam in arte compositionis et elocutionis 'Panegyrico' cedit, tamen hanc ceterasque omnes orationes vi illa superet, qua orator audientium animos ira odio metu perfigit, mollitia clementia spe perfundit; et recte Philostratus: ἄριστα δὲ τῶν Ἰσοκράτους ὅ τε Ἀρχίδαμος σύγκειται καὶ ὁ ἀμάρτυρος. [2])

---

[1]) Quod sese esse effecturum velim reputes quam confidenter anno 365 oratori sperare licuerit: paucis enim mensibus antea Boeotorum partes gravi clade affectae erant, cum Callistratus tanquam amissae regionis Oropiae auctor proditionis accusatus causam obtinuisset.

[2]) 'Panegyrici' certe compositio laude dignior quam 'Archidami': tamen huius quoque dispositionem optimam recte praedicat Blassius, qui dicit: 'das Gegentheil dieser kunstgerechten Anlage zeigt sich allerdings in manchen späteren Reden'; qui vir si nostram orationem inter annos 356 et 353 conscriptam esse iudicat, quomodo eam non esse unam illarum 'späteren Reden' demonstrabit? Mihi hoc novum testimonium est orationem ab oratore aetate minus provecto quam Blassius vult conscriptam esse. — Philostrati iudicium de 'amartyro' amplector, quanquam Blassius aliter sensit (Att. Ber. II 204). Ceterum hac forma illam, qua nos eam legimus, ab Isocrate profectam esse nego; hiatum per totam vitam curavit; nos nihil nisi epitomen orationis habemus quam integram Aristoteles legit, ut frustulum ab eo (rhet. II 19) servatum: ὥσπερ καὶ Ἰσοκράτης ἔφη δεινὸν εἶναι εἰ ὁ μὲν Εὐθύνους ἔμαθεν, αὐτὸς δὲ μὴ δυνήσεται μαθεῖν docet; hunc locum cur cum Blassio (ed. vol. II praef. p. XLIII) ad XVIII 15 referamus nulla est causa; eadem argumentandi figura saepissime potuit ab oratoribus adhiberi, ita ut ad unum illum locum, ubi haec obvia est, verba ea referendi necessitas sit nulla.

Sequuntur orationes tres ad Nicoclem Cypri regem missae, ex quibus ea quae 'ad Nicoclem' inscribitur ceteras aetate superat; hanc orator cum rex diadema accepit, tanquam festum diem celebrans inter cives gratulantes Cyprum adulescenti Nicocli misit (cf. II 1. 4), idque certo quodam consilio ductus. Qui enim illo tempore regulorum tyrannorumque mos fuit, ut hominum literatorum quasi cohorte se cingerent, eidem etiam Nicocles, quantum ex Isocratis subobscura loquendi consuetudine colligere licet, indulsisse videtur (cf. IX 78 sqq.) simul patris exemplum quasi imitatus (IX 47 sqq.); eloquentiae studiosis igitur ut aulae regiae aperirentur Isocrates hanc regi orationem misit; quod appetiit, assecutus est. Sed cum Nicocles domum splendore divitiarum et literarum non sine magnis quae parentibus imponebantur tributis circumdare posset neque bellis feliciter glorioseque gestis apud cives favorem sibi parasset (Blass Att. Ber. II 247), factum est ut auctoritas eius infringeretur. Atque ut concussum regnum stabiliret animosque civium adversus ipsum frementium sedaret, rex Isocratem orationes quarum tituli sunt 'Nicocles' et 'Euagoras' componere iussit; harum priore ipsius Nicoclis egregiam civitatis moderationem et singularem morum sinceritatem continentiamque laudibus orator extulit, altera Euagorae patris facta de insula bene merita et maiorum praeclaram seriem exaggeravit [1]). Sed cum ipsius virtutis maiorumque auctoritatis memoria apud intestinos hostes non tantum Nicocles valeret, ut seditiosorum fiduciam reciperaret, tandem interemptus est. Isocratis autem orationes adeo non Theopompi acerbum de rege iudicium refellunt (ap. Athen. XII p. 531 c. d.), ut confirment Nicoclem unum ex sescentis illis regulis fuisse, qui tunc luxuriae et mollitiae dediti urbes oneribus et crudelitate excruciabant, dum ipsi iusto supplicio afficerentur [2]) — Has tres orationes excipit 'Helenae laudatio' circa annum 366 composita, [3]) quae tanta admiratione digna

---

Rerum tractatio optima est, forma non Isocratea, Aristotelis fragmentum ad nostram non quadrat: ergo epitomen habemus.

[1]) Quanquam scio primum haec me coniecisse, tamen non dubitavi tanquam de re certa dicere; ut enim certis argumentis sententia confirmari nequit, ita confido quicunque cognita nostra coniectura denuo orationes illas perleget, recte nos iudicasse eum sensurum esse.

[2]) Cum Theopompo Anaximenes consentit (Ath. l. l. p. 531 d. e.). — In homines literatos quos magnis sine dubio princeps praemiis donavit rerum mutandarum cupidi invehebantur: illorum causam contra hos orator in prooemio (III 1 sqq.) dicit; coniurationes factas esse verba docent: ἑταιρείας μὴ ποιεῖσθε μηδὲ συνόδους ἄνευ τῆς ἐμῆς γνώμης (III 54), quae exordium eius loci sunt ex quo optime quae regni condicio fuerit intellegitur; nimirum omnia fiebant quae nunc vetantur.

[3]) Hanc sententiam contra Blassium evicturo mihi adfert benigne Susemihlius Zychae commentationem 'Bemerkungen zu den Anspielungen und Beziehungen in der XIII. und XIV. Rede des Isocrates' (16. Jahresber. des Leopoldstädtischen Gymn. Wien 1880), ex qua vidi summam eorum quae proferre volui iam publici iuris facta esse. — Pauca addam de verbis argumenti orationis: βέλτιον

videtur ut eam non magis heroines quam ipsius auctoris laudationem esse dixeris: est enim moderatae demonstrationis, elatae dictionis, elegantis rerum tractationis monumentum inter pauca insigne.

Orator postquam deinde inter mille ducentos, quibus ex *συμμοριῶν* institutione naves exornandae erant, receptus est, tres trierarchias quas dicunt praestitit, quarum novissimam cum a Lysimacho in permutationem provocatus a iudicibus damnatus esset. Itaque ut invidiam, in quam — id quod hac ex causa et ex priore, quam Aphareo filio apud iudices dicente sustinuit, intellexerat — et ipse et schola inciderat, extingueret et Athenienses de vita sua ac doctrina accuratius edoceret, 'Antidosin' edidit. Quanquam autem haud ita graviter sese tulisse dixit, quod pecunias in publicum consumere coactus esset, tamen quam libenter rebus suis pepercisset, satis dilucide verbis istis tectis significavit: *τὴν μὲν οὖν δαπάνην οὕτως ἠνέγκαμεν, ὥσπερ προσήκει τοὺς μήτε λίαν ὑπὸ τῶν τοιούτων ἐκταραττομένους μήτε παν-*

δὲ λέγειν ὥσπερ ὁ Μαχάων, ὅτι πρὸς Ἀναξιμένην τὸν Λαμψακηνὸν γράφει. φέρεται δὲ ἐκείνου λόγος, Ἑλένης ἀπολογία μᾶλλον οὖσα ἤπερ ἐγκώμιον; quis ille Machaon fuerit nescitur; quod primo cuique impetu in mentem venit, *Μαχάων* in *Μάχων* mutandum esse (Usener quaest. Anaxim. p. 11 ann. 2), facere vereor, quia nomina propria alias non nota periculosissimum duco esse corrigere ad illustria. Testis profecto Machon Aristophanis Byzantii magister locupletissimus esset; quisquis autem Machaon fuit, pro nobis pugnat quod iam veterum grammaticorum invenitur, qui orationem eo tempore conscriptam esse putarit, quo nos suademus; nam Blassio, qui Anaximinis vitam annis 380 et 320 contineri posuit, non adsentior, quia quod ad illum locum argumenti respiciens dicit: 'diese Conjectur, dass Is.'s Helena gegen An. gerichtet sei, widerspricht schon den Zeitverhältnissen' (Att. Bereds. II p. 352 ann. 2.), hoc est abicere testimonium, quod cum Diodoro Anaximenis nomen ad ol. 98 referente congruens ipsius nullis vere valentibus argumentis stabilitae coniecturae adversatur, quae est Helenam Isocratis circa annum 390 scriptam, Anaximenem autem circa 380 natum esse. Nihil autem impedit quominus Anaximenes circa 392, ut Usenerus vult, natus sit, ita ut anno 365 laudatio Helenae ab eo edita esse iam possit. — De Polycratis 'Helena' nihil habeo; de Gorgiae hoc monitum volo, nihil id probare quod in orationem Gorgiae sub nomine nobis traditam Isocratis verba cadunt quibus Helenam Leontini non tam laudationem quam defensionem fuisse edixit; hoc enim nescio an omnibus talibus declamationibus, quippe quarum natura hanc in partem scriptores peccare cogerentur, vitio verti potuerit; attamen de Gorgia 'Helenae' nostrae auctore Blassio adsentior, *οὐ δεύτεραι φροντίδες ἁπλῶς σοφώτεραι* (Att. Bereds. II p. 222 ann. 3; III 2, p. 326 sq.); quas contra movit suspiciones Wilamowitzius (Deutsche Litteraturzeit. 1881 p. 449), eas posse removeri credo. — Ceterum moneo, quod viros doctos fugisse videtur, initium orationis apud Ant. Monach. I 51, p. 57 extare, qui locum *κόσμος πόλει — τὰ μωμητὰ* omissis verbis *δὲ σοφία — ἀλήθεια* (unus versus? sunt triginta quinque literae) exhibet; habet *καὶ* post *πόλιν*, *ἐπαίνου ἐπαίνῳ* ut A, falsum *ἐπιθεῖναι*, rectum *μέμφεσθαι* (*μωμᾶσθαι* Weidneri Atticum non puto); ceterae lectiones Antonii errore natae sunt; exhibet autem locum post Antagenis sententiam sine lemmate.

τάπασιν ἀσώτως μηδ' ὀλιγώρως πρὸς χρήματα διακειμένους (XV 5). Multas et tres iam oratoris trierarchias bellum devoraverat devoraturum fortasse etiam quartam quintam aliasque innumerabiles: quid mirum quod Isocrates pacis subito patronus extitit? Haec orationis octavae 'de pace' non ultima si acriter animum intendas causa est: refugit nimia tributa et onera publica [1]). Sed male ipse sibi orator providit: quot convicia, ab ipso credo non sine pudore composita, ridiculis argumentis et condicionibus immixtis in maiores fecit, tot ipse in se iecit contumelias; quique semper patriae amorem in ore habuit, is, hunc amorem cum rebus non verbis comprobare necesse erat, in oratione 'de pace' praesentem rei publicae statum eosque qui eum condiderant increpitavit, in 'Areopagitico' rem publicam qualis ante Ephialtis aetatem fuerat eosque qui eam moderati erant immane quantum laudibus extulit. Nimirum ipsius aetatis in re publica tributa pendenda erant: illorum sub dominatione omnes felici immunitate usos esse sibi fingebat; iam igitur pro iis quae oratione 'de pace' servatu digna esse negaverat, 'Areopagitico' proposuit quae reducenda sibi persuaserat esse. Ut ergo orationes 'ad Nicoclem', 'Nicocles', 'Euagoras' et 'Plataicus', 'Archidamus' et 'contra sophistas', 'Busiris' singulae inter se coniungendae sunt, ita 'Antidosis', 'de pace', 'Areopagiticus', quas eadem aetate omnes edidit, unius eiusdemque quasi cycli sunt.

Iam sequuntur Philippi Macedonis tempora, cuius a partibus Isocratem stetisse [2]) ipsius oratio 'Philippus' testatur; itaque cum a Macedonum adversariis patriae amor et ab eloquentiae aemulis imprimisque ab Aristotele, ut videtur, [3]) doctrina Isocratis per calumniam

---

[1]) Haec tam certo edixi quia alia ratione mihi mira illa rationum Isocratis immutatio explicari posse non videtur; confirmatur coniectura et ipsis orationis temporibus — sunt enim Eubuli — et duobus locis § 13 (**ληιτουργούντων**; cur Blassius XII 145 XV 5 XVIII 58 diphthongum ει pro η reliquit? quanquam cf. Buermann praef. ad Isaeum p. IX) et § 128 quibus minus tecte locutus est quam ceteroquin solet.

[2]) Quod dum dico minime Isocratem cum Aeschine Philocrateque contra Demosthenem componendum esse mihi sumo, immo Isocrates solus tribus Aeschini Philocrati Demostheni opponendus est; nempe quae hi studebant praesentis temporis spe ac timore impulsi persequebantur, Isocrates autem non tam Atheniensibus cum Macedonum rege quam liberis Graecorum civitatibus cum unius dominatione ut ita dicam paciscendum esse iudicavit. Hac enim sententia iam adductus erat ut Dionysium Iasonemque iisdem ac Philippum posteriore tempore precibus adiret. Vix igitur ab iis qui hoc meminerint nobis occurretur, satisne prudenter fecerimus, qui Isocratem Demosthene rectius suae aetatis res perspexisse fassi simus, cum ipsis orator ille quidem non errasse videretur, sed fortuito tanquam caecus recta via incessisse. At qui adeo sibi in adeundo principes constabat, is non caeca fortuna ferebatur, sed certa ratione ductus quid sibi faciendum esset apud animum suum constituerat.

[3]) Th. Bergk, Rh. M. XXXVII p. 362 ann. 2 et 371 sq.; cf. Teichmüller in Bursian Jahrb. 30 p. 4 sqq. (Aristoteles: Susemihl).

malitiamque in dies auctas peteretur, ʻPanathenaicumʼ conscripsit utrosque refutaturum se esse sperans; neque vero post pugnam Chaeronensem haec defensio oratorem popularium clade excitatorum furore et ultione prohibuisset, nisi morbus, quo iam diu laboravit, sollicitudinibus concitationibusque animi praesentia dolentis futura metuentis ingravescens temperi vitae finem imposuisset [1]). Mortuus est Isocrates antequam ipse intellegere posset, quanto rectius quam Demosthenes de rebus Graecis publicis iudicasset. Hic enim urbes civitatesque inter se dissidentes et tanquam enervatas Macedonum legionibus obsistere posse ratus tanto peior Isocrate rerum arbiter habendus est, quanto oratorem patriae amore, quem ille in ore semper, dudum non iam in pectore habuit, superavit non veritus, si id fieri potuisset, vita Athenarum libertatem redimere; labefactatus est autem Isocratis amor patriae cum sese non Athenarum sed totius Graeciae incolam et civem arbitraretur, cuius sententiae prima vestigia iam in Panegyrico deprehendimus (§ 50). Laudi vero isti, qua et Isocratem et ex Macedonicarum partium quicunque non illiberali fuit animo impertiamus necesse est, Demosthenis patriae amor ut admiratione omnium vere dignus ita intempestivus atque importunus obfuit. Celebranto Demosthenis virtutem: cavento ne res gestas eventu, virtutem moribus metiendas esse obliviscantur. Hac ex ratione Demosthenes longe melior civis nobis videtur esse, rectius Isocratem iudicamus per pacem condicionesque receptam liberarum civitatum congregationem cum nova dominationis forma in dies convalescente, singulare dico imperium, consociare studuisse. Sed Isocrates, cum quae facienda essent optime perspexisset, id ipse suae laudi detrectavit, quod quomodo ea essent perficienda propter miram quandam ignorantiam

---

[1]) Similiter Blassius primus recte. Quae traduntur fabulae fide prorsus indignae sunt: ea enim quae Demetrii et Apharei auctoritates prae se fert, testatur iam paucis annis post mortem oratoris varia tradita esse; nimirum asseclae eum celebraverunt, ceteri aut simpliciter contra dixerunt aut calumniati sunt; praeterea Apharei et Demetrii testimonium cum fabella stultissima coniuncta est (apud Plutarchum vit. X or. verba *πρὸ ἐνιαυτοῦ — Ἀρεοπαγιτικόν* sententiarum nexum dirimentia male interposita sunt) in vita anonymi: *προαναγνοὺς δὲ τούτους τοὺς στίχους ἐτελεύτησεν ἐκ τριῶν δραμάτων Εὐριπίδου· Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατήρ. | Σιδώνιόν ποτ' ἄστυ Κάδμος ἐκλιπών. | Πέλοψ ὁ Ταντάλειος εἰς Πῖσαν μολών*, quae fabula quam ambigua sit intellegitur ex [Luc.] Macrob. 23: *Ἰσοκρ. . . . ποτνιώμενος τὸν Εὐριπίδειον στίχον προηνέγκατο εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρων· ʻΣιδώνιον — ἐκλιπών'· καὶ ἐπειπὼν ὡς δουλεύσει ἡ Ἑλλὰς ἐξέλιπε τὸν βίον*, ubi unum heroem habes; ceteri additi sunt ex Panathenaico (80) *συνέπεσε περὶ τὴν Πέλοπος μὲν ἁπάσης Πελοποννήσου κατάληψιν, Δαναοῦ δὲ τῆς πόλεως τῆς Ἀργείων, Κάδμου δὲ Θηβῶν* (cf. X 68): nec vero haec est causa cur apud Plutarchum fabellam mentio Panathenaici excipiat. — Fame oratorem mortuum esse libenter credo, sed involuntaria: nempe morbus edere eum prohibuit; quanquam utique cavendum ne nos fraus ingenii Hermippei decipiat insatiabilis fingendi miras virorum clarorum mortes, nam quae sequuntur Hermippea sunt (arg. Isocr. V).

hominum eorumque cupiditatum omnino non intellexit. Quae enim a principibus, quos pro Graecorum discordantium inter se et senescentium salute adiit, eadem semper dicendi specie ac pompa petiit, solus ea Theseus praestare potuit, idque is quem poetae et rhetores admodum serioris aetatis sibi finxerant.

Sed haec non sunt quibus posterorum admirationem sibi conciliavit: Atticae eloquentiae et Attici sermonis quod solus praeter Platonem locuples atque fidelis non dico testis est sed inventor et auctor, haec peculiaris eius est laus, quam multi celebraverunt, nullus mea quidem sententia elegantius ac sollertius quam Johannes Ludovicus Vives, cuius dictum Hieronymus Wolfius excripsit: 'Isocrate simplicius ac purius cogitari nihil potest.'

CAPVT I.

Componuntur quae ex Isocratis scriptis superstitibus apud alios scriptores excerpta leguntur.

I.

[Πρὸς Δημόνικον.]

[§ 1—2. Ἐν πολλοῖς μέν . . . κληρονομεῖν] resp. Hermog π. μεθ. δειν. Rh. Gr. II 446, 23 sqq. Sp. Greg. Corinth. Rh. Gr. VII 1299. W.

Ἐν πολλοῖς μὲν . . . ἐξαλείψειεν] Max. Plan. in Herm. εὑρ. Rh. Gr. V 383 W.

οἱ μὲν γὰρ . . . ἐξαλείψειεν] Georgid. p. 63 (Boiss. Anecd. I).

οἱ μὲν γὰρ . . . ἀγαπῶσι] ExcVindob. 58.

οἱ μὲν γὰρ κτἑ] resp. Dionys. Antioch. ep. 57 p. 269 Herch.

τὰς μὲν τῶν . . . ἐξαλείψειεν] ExcVindob. 59.

δόξης . . . ἀντιποιουμένους] BA. 161,7.

arum fuisse, in quo non solum epistula ad Demonicum et oratio ad Nicoclem inerant, sed etiam si minus aliae, at certe quaedam tertia. Nam si duae tantum, Hermogeni dicendum erat *ἐν τῷ προτέρῳ*, non *ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τῶν παραινέσεων*.

Quodsi illis temporibus liber orationum suasoriarum fuit, suo iure possit aliquis complura sibi ut proferantur postulare illius testimonia praeter unum illud Hermogenianum; huic locos praebemus Harp. v. *παράκλησις*: *Ἰσοκράτης παραινέσεσι* (I 5); Schol. ad Aristoph. Ach. 206: *Ἰσ. ἐν ταῖς παραινέσεσι* (inde Suid. v. *ξυλλαβεῖν*: I 3); — Priscian. XVIII 278: *Ἰσ. παραινέσεσι*, (I 20); id. XVIII 158. 185 (I 34) *Ἰσ. παραινέσεσι*, quae exempla grammaticus Latinus ex Atticistae cuiusdam lexico deprompsit (Prisc. XVIII 50; Hertzius GL. III praef. p. VII sq.). — Marcell. schol. in Hermog. *στασ.* Rh. Gr. IV 193 W: *Ἰσ. ἐν ταῖς παραινέσεσιν* (ad I 3); Greg. Cor. Rh. Gr. VII 1235 W.: *Ἰσ. ἐν τ. παρ.* (I).

Ne vero quis, cum illo '*ἐν ταῖς παραινέσεσι*' semper oratio prima indicari videatur, inde sibi argumenta contra ea quae protuli paret, Hermogenis ad locum revoco istum (*π. μεθ. δειν.* Rh. Gr. II 437 Sp.) '*ὥσπερ τὰ παρὰ Ἰσοκράτει ἴσα, τὰ ἐν ταῖς παραινέσεσι μάλιστα*', quibus in verbis *παραινέσεις* illas attentissimum quemque lectorem minime ad Demoniceam solam relaturum esse credo. Denique ut rem conficiam, duos locos de quibus dubitari nequit proferam, argum. Isocr. IX: *ἰστέον, ὅτι τὸν λόγον τοῦτον ἔγραψεν Ἰσοκράτης πρὸς τὸν Νικοκλέα μετὰ τὴν παραίνεσιν τὴν πρὸς αὐτόν. πόθεν κτἑ.* deinde ad Euagorae locum respiciens *ὅτι· οὐ νῦν σὲ* ⟨*πρῶτον*⟩ [1]) *παρακελεύομαι σπουδάζειν περὶ τὴν ἀρετὴν ἀλλὰ καὶ πάλαι, ὅ* (sc. *τὸ παρακελεύεσθαι σπουδάζειν κτἑ.*) *ἐστιν ἐν ταῖς παραινέσεσι* (i. e. *ἐν τοῖς Νικοκλείοις* Menand. Rh. Gr. III 359 Sp.). *πρῶτον οὖν ἔγραψεν αὐτῷ τὰς παραινέσεις κτἑ.* Alter locus est argum. [Isocr.] I: *ἔγραψε πολλοὺς λόγους ὧν εἰσιν αἱ παραινέσεις, εἰ καί τινες ἠβουλήθησαν αὐτὰς εἰπεῖν μὴ εἶναι αὐτοῦ . . . ἄξιον δὲ ζητῆσαι, διὰ ποίαν αἰτίαν οὕτως αὐτὰς ἀναγινώσκομεν κατὰ τάξιν, πρῶτον τὴν πρὸς Δημόνικον, ἔπειτα τὴν πρὸς Νικοκλέα καὶ μὴ ἀδιαφόρως ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ λόγοις . . . τὸ δὲ ἀληθὲς πᾶσι παραινεῖ διὰ τῶν τριῶν παραινέσεων . . . τάττει οὖν πρῶτον τὸν πρὸς Δημόνικον, ὡς πρὸς ἰδιώτας πρῶτον διαλεγόμενος, εἶτα βασιλεύειν διδάσκων ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα . . . εἶτα λέγει ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα ἢ συμμαχικῷ πῶς δεῖ τὸν ἰδιώτην βασιλεύεσθαι.* Fuit igitur suasoriarum Isocratearum liber tres orationes 'ad Demonicum, ad Nicoclem, Nicocles' continens. Hoc si respicies, facile explicabis et titulos, quos supra attuli primae orationis, '*παραινέσεις*' et qui non minus frequentes sunt, '*παραινέσεις πρὸς Δημόνικον*' (velut Harp. v. *ἐπακτὸς ὅρκος*); fuit in editione Isocrateorum prisca, quae et demonstrativas et suasorias seiunctas exhibebat, alterius sectionis '*παραινέσεων*' index hic:

---

[1]) *πρῶτον* ego addidi. — cf. IX 78.

ΠΑΡΑΙΝΕCΕΙC
tum titulus primae orationis: *ΠΡΟCΔΗΜΟΝΙΚΟΝ.*
Jam vides quomodo triplex appellandae orationis usus natus sit.

Quod nobis proposuimus ostendimus: nec vero tam multis rem confecissem — nam plurimos viros doctos quamvis professi non sint, hoc ignorasse non credo — nisi gravior res quam primo optutu perspicitur mihi esse videretur. In nostris enim codicibus Isocrateis librum istum *παραινέσεων* legi inde efficitur, quod in ceteris orationibus ordinandis valde codices fluctuant, in suasoriis illis is ab omnibus [1]) servatur ordo quem Demoniceae argumenti auctor notavit: 'ad Demonicum, ad Nicoclem, Nicocles'. Respicientibus porro nobis non solum suasorias sed etiam demonstrativas [2]) deliberativas iudiciarias non temere permixtas, sed secundum res in optimo Urbinate *(Γ)* dispositas extare illud quoque haud parvi momenti faciemus, quod demonstrativae in singulis libris ita sese excipiunt:

Γ: X. XI. XIII. IX. *ΔΕ:* X. IX. XIII. XI.
Ζ: X. IX. XIII. XI. *ΔΞ:* X. IX. XI. XIII.

Omnes hos ex certo quodam canone pendere inde facile cognoscitur, quod decimae primum locum concedunt. Urbinatem autem veram orationum dispositionem servasse nonae orationis collocatione conprobatur, quae non tam aut demonstrativa aut suasoria est, quam et demonstrativa et suasoria potest appellari, ita ut iam veteres cuinam dicendi generi oratio addicenda sit dubitaverint (argum. Isocr. IX); leguntur autem orationes in *Γ* hoc ex ordine:

X XI XIII ‿ IX ‿ I II III — VI VII XIV VIII V XII IV,
(X XI XIII: demonstr.; I II III: suasor.; VI VII XIV VIII V XII IV: deliberativae)

XIX XV XVI XVII XX [XVIII XXI] [3])
(iudiciariae.)

[1]) Cum dico 'in omnibus' recentissimum Ξ neglego; *ΓΕΔΖΔ* consentiunt, in *Θ* omnino non inveniuntur.

[2]) Sectio demonstrativarum quatuor orationes continebat: argum. or. XI *διὸ καὶ ὁ λόγος οὗτος τῶν τεσσάρων ἐγκωμίων ἐστί*; eae erant: Helena, de qua nemo dubitavit, Busiris, contra sophistas (argum: *ἐζήτησαν δέ τινες πάλιν καὶ διὰ τί αὐτὸς ὁ λόγος εἴ γε εἷς ἐστι τῶν τεσσάρων ἐγκωμίων*), Euagoras (argum. *ἐνίκησε δὲ αὐτὸν τὸν λόγον ἐγκώμιον μᾶλλον λέγεσθαι*).

[3]) Orationes XVIII et XXI casu in Urbinate non leguntur: neque enim illas peiores libri omittunt, quos in demonstrativis et suasoriis praebere vidimus ordinem ut vetere ex canone depravatum ita ex eodem illo oriundum, quorumque in deliberativis et iudiciariis, si Turicensium, aut Bekkeri indices perlustraveris, eandem esse condicionem facile tibi persuadebis; praeterea locos ex iis saepius veteres scriptores adferunt. Denique si reputaris ordinem ex quo in *Γ* orationes iudiciariae collocatae leguntur, priores sedes iis orationibus videbis concessas esse, quarum in indicibus nomina propria non leguntur, cum singulae orationes inter se *κατὰ στοιχεῖον* excipiant (*Αἰγινητικός*, *Ἀντίδοσις*, *περὶ*

Qui nonam inter demonstrativas et suasorias posuit, eum ex consilio quodam et accurata uniuscuiusque naturae cognitione orationes ordinasse nemo negabit. Neque minus rationem redactoris, qui certo quodam consilio ductus corpus composuit, id prodit quod et suasoriarum demonstrativarumque, quibus sane aliquid commune est, et deliberativarum et iudiciariarum septenas habemus; hoc fortuito accidisse vix quisquam sumpserit.

Accedit alterum: an tu casu factum esse credis, ut ex sexaginta orationibus quae primo a. Chr. n. saeculo sub Isocratis nomine ferebantur ([Plut.] vv. x. or. p. 838d; Phot. bibl. cod. 260 p. 486b B.) tam pauca exceptis nostris viginti et una orationibus servata sint frustula (cf. cap. III exc. 1*d*.), ut Sauppius haec etiam aut pro subditiciis habenda aut alio modo removenda esse sibi persuaderet (O. A. II 227)? Atque obliteratio illa triginta novem orationum eam ob rem etiam maiorem movet admirationem, quod eae quibus nos fruimur praeter unam [1]) omnes in antiquorum scriptorum libris aut adferuntur aut excriptae leguntur, quam rem nescio qua ratione explicaturus sis, nisi statueris a grammatico, cuius auctoritas plurimum apud veteres valuerit, nostras orationes ut genuinas vereque Isocrateas in unum corpus redactas, ceteras ut spurias dubiosasve abiectas neglectasque esse. Cui autem aetati illa auctoritas adscribenda sit, postea videbimus: nunc cum nec Priscianus nec Bekkeri lexica (cf. cap. III l. c. frg. 7) deperditarum orationum frustula proferant, satis habeo monuisse canonem illum, qui nullas orationes nisi nostras complectebatur, necesse esse iam altero p. Chr. n. saeculo fuisse. Iam velim mecum reputes quae vidimus: legebatur altero p. Chr. n. saeculo corpus viginti et unius orationum Isocratearum: viginti et unam nos legimus; optimus noster liber *Γ* orationum dispositionem secundum res tractatas confectam

---

τοῦ ζεύγους, Τραπεζιτικός); sequebantur orationes, quae nomina propria in titulis prae se ferebant: *κατὰ Λοχίτου* ‘[*παραγραφὴ πρὸς Καλλίμαχον*, *πρὸς Εὐθύνουν ἀμάρτυρος*]; duae hae novissimae orationes, quae extant in *ΛΞς*, facile intercidерunt. *ΖΘ* nihil probant ut selectas orationes exhibentes, neque auctoritas codicum *ΛΕ* quicquam valet, quippe qui ipsi aliquatenus ex *Γ* pendeant. Haec dicta sunto contra Martini (le manuscrit etc. p. 5) verba: ‘Je ne mets pas au nombre des lacunes les discours 18 contre Callimaque et 21 contre Euthunous, ces deux discours n'ayant jamais partie de l'Urbinas, et manquant dans plusieurs autres manuscrits.’

[1]) Haec est oratio *κατὰ Λοχίτου* (XX) quam solus Photius in orationum Isocratearum indice memorat; quod ego quidem casu factum esse credo. Nam orationes iudiciariae, id quod ex locis rarissime inde petitis constat, multo minus legebantur; accedit quod iam antiquiore aetate sat magna pars orationis nunc viginti duas paragraphos continentis intercidisse videtur; ita ut, si ex ‘Panathenaico,’ oratione celeberrima, paragraphos ducentas septuaginta duas complectente non mireris viginti tantum locos inveniri apud alios scriptores, ex oratione et male tradita et per artem infimum paene locum omnium Isocratearum tenentem nullam literam ab aliis commemorari multo facilius possit intellegi.

exhibet, in qua est sectio *παραινέσεων*: *παραινέσεων* autem sectionis Hermogenes et ipse alterius p. Chr. n. saeculi auctor mentionem facit: quid? orationes Isocrateas illa aetate nonne eodem corpore coniunctae et iam ex eodem ordine legebantur atque in nostro? nostrum corpus non idem est atque illius? Si quid deficientibus ipsis testibus exploratum in id genus rebus comprobatumque potest esse, id certissimum est.

Et quoniam ad Hermogenis aetatem pervenimus, videamus nunc num etiam altius vestigia corporis illius Isocratearum quamvis temporis diuturnitate detrita scrutari possimus. Quam non vanam esse spem inde verisimilitudinis speciem induit, quod ipsa ex re modo demonstrata nova argumentandi via aperitur. Novimus enim Hermogenis temporibus delectum orationum Isocratis viginti et unam continentem fuisse. Quid? si eodem tempore etiam complures lectitatae fuissent, nonne mirareris nullum fere harum fragmentum superstes esse? An tu credis fingere licere hominem tunc tanta pollentem auctoritate, ut eius delectus modo divenditus adeo ab hominibus arreptus sit iisque ita imposuerit, ut quas ille nova editione secluserat orationes eas ilico et ipsi aequales abicerent? Quid? quod grammaticos et lexicographos ceteroquin inconsulte ac temere proavorum copias expilantes tanta recentis delectus admiratione obstrictos fuisse sumpseris, ut, simulac locum deprehenderant Isocrateum, insolita quadam cautione atque attentione tanquam afflati utrum locus in nova editione legeretur necne considerarent, idemque perfecta consideratione verba aut diligenter ut pudica scriniis reconderent, aut monstruosa ista radicitus extinguerent? Negas aequali inter aequales talia contingere: neque enim priusquam aut experientia homines de delectus commoditate edocuisset aut compositoris auctoritas increvisset, potuit fieri, ut iis solis retentis, quae editione nova continebantur, triginta et novem quasi de medio tollerentur. Necesse igitur est iam ante Hermogenem idque haud paullo antea viginti orationes et unam separatim ab reliquis editas esse. Quae editio cui debetur? Ecquem cognovisti qui ante aetatem Hadrianeam tantamque talem operam in Isocrate posuerit praeter grammaticos Christo nato veteriores? Sed aliunde rem aggrediamur.

In traditis oratorum corporibus eum ordinem perspicimus, ut maiorum qui dicuntur oratorum scripta secundum res tractatas (velut Lysiae Isaei Antiphontis [1]) Demosthenis), minorum secundum tempora

---

[1]) Ex Antiphontearum corpore soli *φονικοί*, ex Isaei *κληρικοί* servati sunt; qui sunt in quibus quisque excellebat. — Hic annoto in prima heptade solum extare subscriptiones, quod casui tribuo, quia literae quae a subscriptionibus seiungi nequeunt etiam in ceteris orationibus quondam lectas fuisse necesse est: nam in Panegyrico (ed Blass. p. 42, 12.32; 43,15; 44, 6. 20; 45, 16; 46 32: Martin, le manuscrit d'Isocrate p. 13—15) eae quamvis locis motae agnoscuntur. Reputa nunc subscriptiones et stichorum dinumerationes in prima et altera corporis Isocratei parte legi, has autem in suasoriis fere iam omnes evanuisse in demonstrativarum autem una,

(Andocidis Dinarchi) disposita sint; in calce voluminis adiciebantur dubiae auctoritatis orationes (And. IV Din. IV Demosth. LVIII sqq.). Quae quam bene ad nostrum Isocrateum quale in Urbinate est corpus quadrent, cum non sit cur multis moneam, nisi ut simul hoc et ipsum nos ad studia Alexandrino-Romana deducere notem, velim novos respicias tibicines quos nostrae sententiae ex versuum dinumeratione in *Γ* servata substruere licet. Etenim cum iam Bekkerus celeberrimam illam Busiridis subscriptionem: *βούσειρις HHH*[Δ]*ΔΔΔ ἑλικώνιος ἅμα τοῖς ἑταίροις θεοδώρωι καὶ εὐσταθίωι* ceterasque, quae numeris carent, orationum I. II. IX. X. XI. XIII. publici iuris fecisset, Fuhrius, cui Eggersius copias commodaverat, nuper docuit, in Urbinatis *Γ* margine literas *ΑΒΓ* sqq. orationibus 'Helenae' 'Euagorae' 'contra sophistas' ad Nicoclem' adscriptas esse, quas literas Schanzius antea ex Platonis *B* protulerat atque ita explicare studuerat, ut singulas literas centenorum versuum fines in vetustissima editione significasse statueret; et haec explicatio ex Busiridis subscriptione cum ceterarum orationum numeris in margine positis comparata fidem nancta est. Sed ne tertius eorum auctorum qui optimis omnium libris nobis traduntur deesset, nuper Christius ex Demosthenis Bavarico *F* et Parisino *Σ* easdem literas eruit. Versus igitur librorum quos protuli et Platonis et Demosthenis et Isocratis unius eiusdemque ambitus fuerunt: triginta fere et quinque literarum; atqui optimorum Platonis Demosthenisque codicum virtutes nemo abiudicabit grammaticis ex Alexandrinorum doctrina pendentibus: num licebit Isocratei optimi recensionem addicere aliis? [1])

Adiungo iis quae dixi quarto loco argumentum ex propria virtute petitum qua Urbinas praeter ceteros libros in tradendis oratoris verbis floret. Vulgatae quantum ille praestet non meum est dicere: Benseleri testimonium profero, qui Bekkerum, illius codicis indicem, novum nobis Isocratem dedisse praedicavit (praef. p. III); nec vero non libenter eandem libro praestantiam concedemus esse, si eius lectiones cum

---

quae illas ex parte easque perturbatas servavit, locis cessisse; recordare porro in libris nostris et cuiusvis aetatis et cuiusvis scriptoris nihil saepius inveniri quam incuriam scribarum in exarandis literis increscentem — antestor scholiorum volumina —: quid verisimilius quam idem hoc etiam in nostro factum esse? Hanc nostram coniecturam si amplexus eris, demonstrativas, quae et subscriptiones et adscriptiones optime servaverint, inde ab remotis temporibus agmen ceterarum duxisse concedere debes. —

[1]) Cf. Fuhr, Rh. M. XXXVII 470 sqq. — Schanz, Herm. XVI p. 309 sqq. — Christ, Attikusausgabe des Demosthenes (Sitzungsb. der königl. b. Ak. z. München 1882). — Graux, Rev. de phil. n. s. II p. 97sqq. — Diels, Herm. XVII p. 370. Consilio Christii coniecturae, qui Demosthenis librorum F*Σ* recensionem ad Attici editiones (*Ἀττικιανά*) refert, mentionem non feci. At certa quadam recensione trium scriptorum libros pertractatos esse, ni ipsi isti libri docerent, adscriptiones probarent; quamobrem ratione nulla addita religiose mihi de Urbinatis r e c e n s i o n e dicere posse videbar.

iis quas veteres scriptores oratoris verbis usi tradunt, comparaverimus. Quaerenti enim Isocratis scripta num ex iis quae inde apud alios auctores excerpta leguntur emendari possint, tam minutum esse lucrum respondebimus, ut ex ampla lectionum farragine, quam in altero capite collegimus, triginta tantum in textum recipiendae fuerint; sunt autem hae: ex Aristotele: IX 45 *add.* *ὑπάρχουσι* IX 52 *δυστυχήσας*; ex Dionysio: VII 1 *καθεστώτων* VIII 3 *τῆς φωνῆς* 10 *om.* *ὑμᾶς* (etiam Gorgias) 14 *καὶ διότι* 41 *ἀξιοῦμεν* 51 *ἀγαπῶντας* XVII 1 *δόξαιμι* 3 *ἅμα κατ' ἐμπορίαν καὶ θεωρίαν* 5 *ὡς καὶ ὁ* 7 *add.* vv. *ἡγούμην . . . Σάτυρον* 8 *ἐπειδὴ δὲ ταῦτα* 9 *add.* *εἰς τὸν Πόντον* / *διαλογιζόμενος*, — ex Hermogene: I 31 *om.* *μηδ' ἂν . . . τυγχάνωσιν* (ita etiam Georgid.) — ex Harpocratione: IV 8 *τά τε παλαιὰ* 144 *Κυρείῳ στρατεύματι.* — ex Bekkeri lexicis: VIII 5 *συμβουλεύσουσιν* XXI 8 *οἷς* / *δεδίωσιν.* — ex Prisciani lexico Attico: VIII 34 *ἀπολαύουσι* (*. . . οῦσιν*). — ex [Luciani] Charidemo: X 39 *αὖθις* (?). — ex Schol. Ald. in Is. IV 11 *ἀφελῶς* (?). — ex Stobaeo: I 28 *κεκτῆσθαι* / *add.* *ῥᾳδίως* (cum Maximo) II 2 *καθ' ἑκάστην βουλεύεσθαι τὴν ἡμέραν* 3 *om.* *δ'*. — ex Orione: III 44 *ταῖς ἰδέαις ταῖς αὐταῖς.* — ex Gregorio Corinthio XI 12: *παντοδαπώτατα.* His locis addendi sunt quibus testimoniorum auctoritas interpolatorem coarguit velut XVII 8 (*αὐτῷ*), aut emendationis viam aperuit ut VIII 13 (p. 48 ann. 3) et XVII 11 (*μοι ⟨οἱ⟩ ἀπαγγέλλοντες*); vicies praeterea peiorum librorum Isocrateorum lectio ex testimoniis comprobata fide dignior evadit quam quae Urbinate traduntur scripturae. Paucissimis his locis in emendando Isocrate profecimus: ceteris cunctis Urbinatis lectiones praetulimus iis, quae ex scriptorum testimoniis nobis innotuerant. Tam bonam igitur ille liber orationum recensionem praebet, ut non putanda sit manum viri mediocris ingenii aut linguae Graecae parum periti experta esse; talem autem cuius aetatis ad studia aptius quam ad illorum grammaticorum referemus? [1])

---

[1]) Haec Fuhrius docuit Rh. M. XXXIII p. 361 sq., qui omnes locos composuit, quibus Isocratis *Γ* et Dionysius coniuncti a vulgata Isocratis recedunt; iis addendi sunt quibus Dionysii lectio ex *Γ* lectione ita corrupta est, ut illam certe non cum vulgata facere agnosci possit; quo facto fere sexaginta locos enumerare licet. — A vulgatae partibus Dionysius adversans Urbinati viginti quinque locis stat: IV 77 *ὑπὲρ τῆς πατρίδος* (IV 99 *ἀξιωθείημεν — ἀναγνωσθείημεν*) VI 50 *om.* *τῆς* ante *εἰρήνης* VII 2 *ἑτοίμως* / *περὶ σωτηρίας* 42 *ἄξιοι* VIII 5 *ἅπασι γὰρ* VIII 13 *ἐπαινεῖτε* 43 *τῆς τῶν Ἑλλήνων σωτηρίας* 46 *ἐσμὲν τῶν καθ' ἡμέραν* XVII 2 *συμβόλαια πρὸς* / *τοσούτων* 9 *οὐδὲν αὐτῷ μελήσειν* / *add.* *ἀπαιτήσοντας* 10 *προσπεπτωκότων* 11 *μοι* (12 *ἐξήτουν ΓΕ*: *ἐζήτουν* ς: *ἐπεζήτουν* Di.). — Accedunt loci quibus ς et Di. meliores quam *Γ* lectiones praebent: IV 80 *τὴν Ἑλλάδα* VII 3 *κατασχήσειν* VIII 5 *ἅπασιν* 11 *δυνηθεῖεν* 44 *πρὸς δὲ τοῦτον* 53 *καθίσταμεν οἷς* XVII 1 *τοῦ μὴ δοκεῖν* 10 *om.* *εἶναι.* — Ceteros locos ubi ς et testes contra *Γ* praeferendi sunt, p. 80 sq. in enumerandis lectionibus notavi addita in uncis voce (*'recte'*).

Iam igitur usque ad Dionysii tempora devenimus: quaerendum nunc qualem librum Isocrateum hic grammaticus adhibuerit; cui interrogationi ut statim respondere possimus, Fuhrii curis fit, qui statuit Dionysium Urbinatis recensione usum non esse, quippe cuius libri ita oratoris verba tradant, ut, cum neque ex Urbinate neque ex vulgata fluxisse possint, medium ita teneant, ut ad illum longe propius quam ad hanc accedant. Optime autem huic observationi quadrat, quod Dionysius non viginti et unam orationes sed multo plures legit, ita ut ei ex sexaginta eligere liceret genuinas viginti et quinque. Cum vero corpus Urbinatis Dionysii aetate compositum sit, quod supra demonstravimus, nec tamen iam tum tanta in auctoritate fuerit, ut critici liberum iudicium ferre cunctarentur, colligimus grammaticum aut aequalem aut Dionysium aetate paullo antecedentem Isocrati curas quibus Urbinatis recensio debetur impendisse. Quod ergo antea vidimus recensionem *Γ* non post Dionysii aetatem factam esse, nunc artioribus finibus ita circumscribere nobis licet, ut eam temporibus ab illa aetate longe remotis adscribendam non esse statuamus. Neque enim id possumus dubitare, quin eidem, qui orationes selegit numerosque in margine apposuit, recensio etiam debeatur, praesertim cum idem haud vulgare criticum ingenium redoleant et delectio et recensio, quarum hanc permagni nos aestimamus, quanti veteres fecerint illam inde concludere licet, quod solae hae viginti et una, quas iste collegerat ex sexaginta istis, quae Isocrati quondam adscribebantur, servatae sunt. Si igitur recensio a delectu secerni nequit, illam eiusdem aetatis atque hunc esse necesse est.

Sed quid iste criticus Urbinatis praestitit? quo vinculo eius recensio cum vulgata et Dionysio coniuncta est? Ac primum quidem dicendum neminem veterum scriptorum aut Urbinatis aut vulgatae recensione, quibus nos fruimur, usum esse. En tibi exempla:

B e k k e r i l e x i c a = *Γ*: I 9 *ἀπέλαυε* II 32 *βασιλέας* / *ἐσθῆσι* (*recte*) 37 *om. μὲν* IV 84 *om. τοῦτον* VII 30 *καταλύουσι* VIII 5 *ἡσθήσεσθε* (XV 105 *δοριαλώτους*). — = ς: I 25 *οὕτω δ'* / *περιμένῃς* II 49 *om. μάλιστα* III 5 *αἰσθάνονται (recte)* IV 122 *ὧν ἄξιον (recte)* 126 *βαρβάρῳ τῆς Ἀσίας* 167 *om. νῦν* (*recte*) VIII in titulo *περὶ τῆς εἰρήνης* (praeter 158, 28, ubi *περὶ εἰρήνης* cum *Γ*) 19 *πάντα τρόπον (recte)* 87 *ἐφησθησόμενοι.*

P r i s c i a n u s = *Γ*: IV 16 *ὑφ' ἡμῖν* 66 *om. διῆλθον* V 79 *συνειδῇς* VI 104 *οὐδεὶς πώποτ' ἔσεσθαι* XIV 2 *ἔτι δὲ τοιούτων* 5 *τυχεῖν ἠξιώθημεν.* — = ς: unico loco VIII 110 *πώποτε μηδεὶς.*

B a c h m a n n i l e x i c a = *Γ*: (XV 28 *ἀνεγκλητί*). — = ς: *om. γὰρ.*

H a r p o c r a t i o = *Γ*: XII 31 *ἐλαφροτάτους* 63 *add. καὶ Τορωναίων.* — = ς: IV 144 *Θίμβρων* V 122 *ξενιτευομένους (recte)* XII 18 *τῶν μεγάλων Παναθηναίων* 68 *δεκαδαρχιῶν.*

L e x i c o g r a p h u s a n o n y m u s (ap. Phot.) = *Γ*: XIII 5 *μεσσεγυοῦνται* (?)

S t o b a a e u s = *Γ*: I 7 *om. ἐν* 16 *add. γε* 27 *ἕνεκεν* 46 *om. τὰς* II 3 *καὶ τῶν ποιητῶν τινες* 28 *add. τε.* 29 *om. ἂν* 35 *ἀκριβῶ-*

σαι III 16 *καὶ παντοδαπαῖς διανοίαις* 18 *πάντα δεῖ* 55 *add. τὸν* 59 *ἥδιστ᾽ ἄν τις δύναιτο τὸν βίον διαγαγεῖν* IX 6 *ἀγαθὸν πρόσεστιν* 44 *περιγιγνόμενος* 45 *om. ἀγαθοῖς* / *μικρᾶς (cf. p. 54 ann. 5)* 46 *add. τοὺς* XII 8 *om. μοι* 30 *καλῶ* 31 *ἐλαφροτάτους ἔτι τοὺς* 32 *ἐξισταμένους*. — = ς: 21 *λυπηροῖς* 27 *σπουδαζόντων* 43 *add. ἡ φύσις (recte)* 46 *ὀρεχθῆναι* / *παροξυνθείης (recte)* II 2 *add. καὶ* 4 *κατασταθῶσιν* 29 *ἢ καὶ τῶν* 31 *βασιλέας* 32 *τοῖς φαύλοις (recte)* 33 *ἰσχύουσι* 35 *βασιλέας* / *μέτιθι (recte)* III 16 *εὔξαιτο* 18 *περὶ ἁπάντων (recte)* / *τὰ βέλτιστα (recte)* 19 *ὑστεροῦσι* 20 *λαμβάνωσιν* 22 *add. δ᾽ (recte)* 55 *πράους (recte)* 60 *ἐξισοῦσθαι (recte)* IX 3 *εὐκλεῶς (recte)* / *καταλείψωσιν* 43 *ἀφικνουμένους* / *ἀρχομένους* / *ἐξαμαρτάνοντας* 46 *τοῖς βασιλεῦσι πρέπει* / *om. τῆς* / *ἐκλεγόμενος (recte)* / *om. ὅλης (recte)* / *τυραννικὸς (recte?)* XII 31 *τελείους (recte)*.[1])

Gnomologia minora = *Γ*: Orio I 7 *om. ἐν*. ExcLaur. I 52 *δεῖ*. Gnom. Byz. I 9 *ὑπέμενεν* 30 *πιστεύσαντας* 41 *ἐρεῖν*. Flor. Basil. I 35 *οἰκείων*. Flor. Boiss. (An. Gr. tom I 121). I 35 *ὅταν ὑπὲρ* / *σεαυτοῦ* / *οἰκείων*. Mel. Aug. I 30. *πιστεύσαντας* 41 *ἐρεῖν*. — = ς: Orio III 44 *δὲ καρτερίαν*. ExcLaur. I 52 *χρήσιμα*. Flor. Boiss. I 35 *συμβουλεύεσθαι*. (ExcVind. I 25. *δοκιμάζομεν*). Mel. Aug. et Gnom. Bar. I 24 *πρὶν ἄν*.

Antonius Monachus = *Γ*: I 30 *πιστεύσαντας* 31 *παρὰ . . . παρὰ*

---

[1]) Inter has lectiones sunt quas ego ut minutissimas in altero capite enumerare nolui. — Adiungo hic pauca de libris Stobaeensibus. Stob*A* quattuor locis solus ex Stobaei codicibus cum Isocrateis consentit: I 23 *θεῶν* 43 *τοῖς σπουδαίοις* 46 *μάλιστα δ᾽ ἂν* II 27 *ἐκεῖνοι*; quindecim locis neque cum Isocrate neque cum ullo Stobaeensium facit: I 17. 22. 28. 43. (bis) II 4 (bis). 35. III 15 (bis). 16. 18. 21. 22. 45. — Stob*A* et *Γ* consentientes inter se adversantur ceteris (ς Stob*Bv*.) undecies: II 4 (bis). 35. III 15. 16. 20 (bis). 21. 22 IX 3. 46. — Stob.*B* quater solus ex Stobaeensibus ad Isocratem accedit: II 3 *τοῖς τε φίλοις* 30 *θαυμάζωσιν* 32 *δόξῃ κτητὰ* III 22 *δυνάμεις*; quas lectiones *B* solus praebet, eae non cunctae scribarum socordiae debentur, id quod in *A* factum est, sed interdum interpolationem redolent: I 16 (bis). 29 II 35 III 20. — *B* consentit cum *Γ* adversantibus ς Stob*Av*.: I 30 II 31 III 59. — Codicem *A* multo fideliorem ceteris testem genuinae Stobaei lectionis esse inspectis locis facillime sibi quisque persuadebit. Quam arta autem necessitate *A* cum *Γ* coniunctus sit, loci IX 3 *αιρομένους Γ*: *αἱρομένους* Stob*A*: *αἰρουμένους ceteri*, et IX 45 *μικρᾶς Γ*: *μακρᾶς* Stob*A*: *μικρὰς ceteri*, probant. — Inprimis autem hoc unum semper tenendum est, fieri posse ut, si Stobaei librum archetypum haberemus, multo meliore excerptorem libro usum esse nobis persuaderemus, quam nunc ex apographis concludere licet. Hoc vero in cunctos dictum volo locos quos ex quovis auctore attuli; quanquam quod ad ipsum Stobaeum facit, non dubito quin, si illum librum nos ipsi teneremus, similiter nos atque nunc statuturi fuerimus: Stobaei codicem Isocrateum fuisse librum, qui neque ex Urbinatis neque ex vulgatae familia ortus melioribus nostris libris in recensendo oratoris scripta par habendus non sit.

35 *οἰκείων* 41 *ἐρεῖν* II 15 *θεραπεύωσιν* (20 *σῴζειν*). — = ς: II 15 *τὸν ὄχλον ὑβρίζειν* / *ἀδικηθήσονται* 52 *om.* *τῶν*.

Maximus Confessor = *Γ*: I 30 *πιστεύσαντας* 31 *παρὰ* ... *παρὰ* 35 *οἰκείων* 41 *ἐρεῖν* II 25 *νόμιζε*. — = ς: I 27 *σπουδαζόντων* 28 *ἕνεκα* 52 *χρήσιμα* II 25 *μετρίων*.

Georgides = *Γ*: I 7 *om.* *ἐν* 21 *ἑαυτὸν* / *πονηροῖς* 25 *προσμένης* 29 *om.* articulum 30 *πιστεύσαντα* 35 *οἰκείων* 38 *ἔχων* 41 *ἐρεῖν*. — = ς: I 6 *ἀνάλωσεν* 18 *διαφύλαττε* 21 *σεαυτὸν* (*recte*) 24 *πρὶν ἂν* (*recte*) 25 *add.* *δ'* 27 *om.* *μὲν* 31 *πρὸς πάντα* (*recte*) 34 *γνώμην* 35 *σεαυτοῦ* / *συμβουλεύεσθαι* 38 *ἔχων* / *δυνάμενον* / *ἡ δὲ* / *ταύτης* 40 *τὴν δὲ ψυχήν*.

Menander rhetor = *Γ*: IV 28 *ἀφικομένης*. — = ς: IV 28 *χώραν ἡμῶν*.

Clemens Alexandrinus = *Γ*: XII 30 *καλῶ* 31 *ἐλαφροτάτους* 32 *ἐξισταμένους*. — = ς: XII 31 *ἔτι δὲ καὶ* (*recte*) 32 *τῇ τάξει* / *τελείους* (*recte*).

[Luciani] Charidemus = *Γ*: X 39 *ἅπαντας* 54 *ταύτης τῆς ἰδέας* (?) 57 *ὑπ' ἄλλῃ*. — = ς: X 19 *ἐκόμισεν* 41 *om.* *τοῖς* / *θεαῖς* / *om.* *καὶ* (?).

Gregorius Corinthius = *Γ*: I 2 *εὐνοίας* 18 *ταῦτα διαφύλαττε* / *μαθεῖν* — *λαβεῖν* VIII 1 *ἥρμοσε* / *νῦν* / *παρόντων* 2 *om.* *τε* XI 11 *παρουσῶν* . . . *ἀπασῶν* / *ἐκεῖ* 12 *om.* *κόσμον*. — = ς: I 31 *πρὸς πάντα* (*recte*) 50 *χρωμένους* (*recte*).[1])

---

[1]) Gregorii liber Urbinatem praestantia lectionum aequiparat, ne dicam superat: unum locum ex eo (XI 12) emendant solo; duobus illis, quibus cum ς consentit, *Γ* non licet sequi, ceteris cum *Γ* facit; etiam Priscaneus codex bonus videtur fuisse. — Hic adicio eos testes, quorum libros Isocrateos propter exiguitatem aut paucitatem verborum excerptorum non iam dignoscere possumus: = *Γ*: Aristoteles IV 72 *τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης*. [Longin.] *π. ὕψ.* IV 8 *περιθεῖναι* / *διελθεῖν*. Pollux IX 11 *εὐλογεῖν*. Hermogenes VIII 1 *ἥρμοσε*. Theo IV 54 *τῆς ἐπὶ Θήβας δεδυστυχηκώς*. Sopater XIII 19 *ἡμῖν εἰσὶν*. Choricius I 31 *παρὰ-παρὰ*. Nilus I 14 *om.* *συμφέροντα*. Schol. ad. Aeschin. II 19 *οἴκει*, ad Demosth. VI 1 *τὴν μεταβολὴν* / *om.* *ἄλλος* / *πολλὴν ἂν ἡσυχίαν*, ad Hermog. (Rh. Gr. VII W.) IV 28 *ἀφικομένης*, ad Isocr. (apud Orell. Antid.) XV 50 *ἀπεληλαμένος*, quae scholia optimo ex codice desumpta sunt Urbinatis vix dissimili; tamen videndum ne quae eorum Aldi aliusve viri illius aetatis coniecturae debeantur. = ς: [Lys.] in epit. IV 96 *πρὸς ἑκατέραν, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἀμφοτέρας ἅμα τὰς δυνάμεις κινδυνεύσωσιν* VII 7 *add.* *καὶ ναυμαχοῦντες*. Amphilochius I 52 *χρήσιμα* (?). Suid. I 35 *ἰδίων* II 33 *om.* *γάρ*. Joh. Sicel. XIII 16 *τάξαι* (*recte*). Schol. ad Aristid. XIII 21 *ὠφελήσειαν*, ad Apollon. I 52 *χρήσιμα*, ad Iliad. (Cram. An. Par. III) *ἐξ ἅπαντος*. Argum. in Isocr. III. III 11 *add.* *λόγον*. — Ceterum moneo neminem inter testes librum codicibus inferioris notae consimilem adhibuisse videri; saepissime testimonia a *ΔEZ* recedunt — de *MΞ* exempla desunt — rarissime accedunt ad illos, pauculos quos enumerare locos operae pretium non est.

Demonstravimus Dionysii aetate non minus quam per saecula insequentia textus Isocratei recensiones praeter *Γ* et *ς* pervulgatas esse, quae horum neutri addicendae sint.[1]) His praemunitis ad quaestionem nostram, quo vinculo illae recensiones inter se cohaereant, redeamus; atque eam ut solvamus, perlustrare nos necesse est hosce locos:

III 16 *εἶναι κρίναιμεν* Stob*Av*.: *εἶναι κρίνοιμεν Γ*: *κρίνοιμεν ς* (Stob*B*), quae lectiones ita explicandae sunt, ut statuamus fuisse in *archetypo:*

κρίνοιμεν
εἶναι κρίναιμεν.

ς, in qua lectio Stob*Av*. erat, correcta est ex recensione *Γ*; at scriba *κρίνοιμεν* non solum ad *κρίναιμεν* sed ad utramque vocem pertinere ratus illud amborum in locum cedere iussit.

V 135 fuit in *archetypo*:

τοὺς δὲ πρὸς ἄλλο τι   *ἀπλήστως διακειμένους*, unde
Γ: *τοὺς δὲ πρὸς ἄλλο τι τῶν ὄντων ἀπλήστως διακειμένους*
Di.: (*τοῖς μὲν*) *πρὸς ἄλλο τι τῶν ἀγαθῶν ἀπλήστως διακειμένους*
E: *τοὺς δὲ πρὸς ἄλλο τι τῶν ἀνοήτων ἀπλήστως διακειμένους*
ς: *τοὺς δὲ πρὸς ἄλλο τι τῶν ἀνοήτως φιλουμένων τοῖς πολλοῖς ὁλοσχερῶς διακειμένους*;

lacunam igitur, quae inter *ἄλλο τι* et *ἀπλήστως* patebat, alii aliter explebant; idem factum est

VII 49; *Γ*: *ἐμελέτων ἀλλ᾽ οὐ βωμολοχεύεσθαι*
ς: *ἐμελέτων καὶ οὐ βωμολοχεύεσθαι*;
Athen.: *ἐμελέτων*   *βωμολοχεύεσθαι* archetypi scripturam servavit; itemque non repleta est lacuna

VIII 46 in
ς: *τοῖς ἁπάντων*   *κοινοῖς ἐχθροῖς*, cum
Γ: *τοῖς ἁπάντων ἀνθρώπων κοινοῖς ἐχθροῖς*
Di.: *τοῖς ἁπάντων κοινοῖς ἀνθρώπων ἐχθροῖς* praebeant; itaque

ἀνθρώπων
lectiones *Γ* et Di. ex *τοῖς ἁπάντων κοινοῖς ἐχθροῖς* non aliter natae sunt quam

με
XVII 9 ex *archetypi διενοεῖτο ἀποστερεῖν τὰ χρήματα* triplex orta est lectio, cum *ς* '*με*' nondum habeat, quod post *ἀποστερεῖν* receperunt correctores *ΓE*, quos rectae syntaxis haud ignaros fuisse unaquaeque fere pagina docet; Di. ante infinitivum exhibet pronomen. Hunc porro ad locum proxime accedit

---

[1]) Hanc tertiam recensionem vel potius haec aliarum recensionum indicia aut relliquias simpliciter litera significabo *y*. — Vulgatam illo tempore natam iam esse dubitari nequit, quanquam ea quae hodie est certe nondum erat; aetatem eius testatur [Lys.] epit. in IV 96; at cf. quae dedi p. 86.

XVII 11, ubi

εἰληφὼς

archetypi: γυναῖκα τῷ αὑτοῦ υἱεῖ factum est in
ΓΕ: ε ἰ λ η φ ὼ ς γυναῖκα τῷ αὑτοῦ υἱεῖ
ς: ε ἰ λ η φ ὼ ς τῷ αὑτοῦ υἱεῖ
Di.: γυναῖκα τῷ αὑτοῦ υἱεῖ ε ἰ λ η φ ὼ ς κτέ.

εἰληφὼς, quod ante γυναῖκα desideratur in *Γ*, post υἱεῖ apud Di. receptum est; vulgatae autem scriba nescio quis, cum participium illud versui superscriptum correctionem esse vocis q. e. γυναῖκα crederet, id quod inter lineas extabat ipsis versibus ita inseruit, ut deleret quae infra illas exarata erant. — Lacunam etiam patere eamque postea repletam

VIII 52 apparet:
Di.: τοῖς ψηφισθεῖσιν
ΓΕ: τοῖς ἐ ν θ ά δ ε ψηφισθεῖσιν
ς: τοῖς ἐ ν τ α ῦ θ α ψηφισθεῖσιν;

quid rei sit, potissimum variae *ΓΕ* et ς docent lectiones[1]); similiterque explicandum est quod IX 45 legitur apud

Stob.: πολὺ δὲ ὑπερβάλλειν, cum extet in
Γ: πολὺ δὲ τ ὴ ν τ ῶ ν ἄ λ λ ω ν φ ύ σ ι ν ὑπερβάλλειν in
ς: πολὺ δὲ τ ὴ ν φ ύ σ ι ν τ ῶ ν ἄ λ λ ω ν ὑπερβάλλειν.

Profero nunc exemplum primo consimile, quod lacunam in archetypo omnium fuisse non ex voce omissa ab uno teste, a ceteris varie suppleta probat, sed triplici verborum collocatione vetustum mendum prodit loco subesse:

XI 3, ubi lectionibus αὐτῶν τις ἀκριβέστερον *Γ*: τις ἀκρ. αὐτ. ς:

αὐτῶν

τις αὐτ. ἀκρ. Stob. communis est scriptura primaria τις ἀκριβέστερον. Paullulum aliter res se habet

VIII 8, quia archetypus hic sanatus est non eadem ab omnibus voce addita sed alia ab alio correctore; quo fit ut non minus duplicem recensionem hoc loco deprehendamus quam quo eam modo eruimus VIII 52: ἐπικρατήσομεν *Γ ante* τῶν ἐχθρῶν, ς *post* τ. ἐχθ. exhibet, cum Di. simplex κρατήσομεν addat verbis lacunosis 'καὶ ῥᾳδίως τῶν ἐχθρῶν. χρὴ κτέ.'; cf. p. 47 ann. 5. — Sequi locum iubemus

II 2 quo facile tibi librum omnium fontem sic refinxeris:

βουλεύεσθαι

καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν; βουλεύεσθαι superscriptum Stob. ante τὴν, *Γ*

---

[1]) Nonne similiter IX 10 *ΓΔ* ὅμως αὐταῖς ταῖς εὐρυθμίαις et ς ὅμως αὐταῖς γε εὐρυθμίας lacunam post αὐταῖς explent? nempe Schol. ad. Hermog. habent

ταῖς

ὅμως ταῖς εὐρυθμίαις, quod ex ὅμως αὐταῖς εὐρυθμίαις natum est; ταῖς, quod additamentum erat, scriba mendi correctionem esse arbitratus in locum vocis q. e. αὐταῖς cedere iussit. Fuit ergo in archetypo: ὅμως αὐταῖς |||||| εὐρυθμίαις.

post ἡμέραν recepit; alia ex recensione pendet ς, qui ἀγωνίζεσθαι ex § 11 deprompsit (cf. exc. 6 p. 125).

Sed non solum lacunis verum etiam scriptura aut dificillima lectu aut temporum casusque iniquitate diluta obliterataque exemplum archetypi deformatum erat; quam credo esse causam corruptorum verborum codicis Di*F* καὶ τούτῳ καθάπερ εἴγε τόκῳ φαίνεσθαι (XVII 7), quae ex *ΓΕ* καὶ τούτῳ καὶ ἑτέροις ἐπὶ τόκῳ φαίνεσθαι illuminantur; de lacuna enim propterea hic cogitare non licet, quod, si omnino nihil ex scriptura servatum esset, non satis mirari possumus singularem recensorum *Γ* et ς (φαίνεσθαι τούτῳ καὶ ἑτέροις ἐπὶ τόκῳ) et Di. ingeniorum similitudinem, ex quibus Dionysii redactor quamvis insana restitueret, tamen literas easdem illis expiscatus esse putandus est; nimirum apices aegre dignoscebantur.[1])

Eadem etiam ratione explicabis lectiones I 21 δύνῃ, δυνηθῇς, δύναιο, δόξῃς; VIII 51 ἀγαπῶντας, ἐμποιοῦντας, ποιοῦντας in quibus aut -ουντας aut -ωντας solum legi potuerunt; fortasse huc referenda XI 3: νουθετημένων *Γ*: νουθετημάτων Stob*B*: νουθετουμένων ς Stob*A* (νενουθετημένων Stobv. est coniectura); certa contra videtur res esse VIII 44 τις διδῷ πλείω μισθὸν (cf. lectiones p. 50) in quibus apices vix diluxerunt; διδῷ, quod superscriptum erat, in ς vetere a sede aberravit.

Venio nunc ad maiora: Fuhrius (Rh. M. l. c.) duobus locis (VIII 12 et 15) exemplum Isocratis Dionysiacum lacunis ita demonstravit laceratum fuisse, ut etiam religiosissimo critico dubitationem exemisse habendus sit; sagaciterque simul eruit codicem, ex quo apographa Dionysiaca fluxerunt, versus fere triginta quattuor literarum ambitum explentes exhibuisse; iam idem vir doctus ex *Γ* versuum dinumerationem, ut dixi, nobis protulit, ex qua librum Isocratis veter-

---

[1]) Idem factum est XVII 12, quod inspectis lectionibus ipse facile intelleges; in ς mutata est verborum collocatio ex superscriptis iis verbis quae in linea evanuerant; Di*MPAB* ea tantum exarabant quae legi poterant. Neque vero huc referendum est IV 96 (cf. v. l. p. 36); etenim si Dionysii καὶ μὴ πρὸς cum deteriorum librorum ἀλλὰ μὴ πρὸς contuleris, videbis utraque in lectione glossema consimilis generis latere; in Di. scriba, qui lectionem ς inducere studuit, at supersedit ʻἀμφοτέραςʼ simul inferre, effecit, ut textus ex recensione *Γ* et ς mixtus evaderet; ex iis enim quae dixi sequitur fuisse in Dionysiaci exempli archetypo simplex ʻπρόςʼ; cui coniecturae favet, quod Dionysius eandem (κινδυνεύσωσι) habet scripturam quam *Γ*[1]. — De XVII 8 αὐτῷ cf. p. 68 ann. 2. — Neque minus glossema est in verbis ep. 7,6 κτήσασθαι μετὰ βίας καὶ τυραννικῶς καὶ μετὰ πολλῆς ἀπεχθείας, quod Blassius ex Bekkeri *Γ* collatione imprimendum curavit, tanquam fidem Herchero denegans, cuius ex collatione prius καὶ in *Γ* deesse didicimus; quod si curasset vir doctissimus, non dubito quin ipse τυραννικῶς glossema ad μετὰ βίας esse intellecturus fuerit; hoc si statueris, omissio copulae non egebit explicatione neque lectio ς τυραννικῶς καὶ μετὰ βίας καὶ ἀπεχθείας obscurae erit originis. Scribendum igitur μετὰ βίας [τυραννικῶς] καὶ μετὰ πολλῆς ἀπεχθείας.

rimum versus totidem fere literarum habuisse concludere licet. Quid? Fuhrio quod in Dionysii verbis contigit, id nonne nobis ad Isocratem tralatum emolumento esse potest? Etenim si veteres versus adhibens locum varie traditum II 4 [1]) rescribis

παιδευεσθαιμαλλον ἔ δ ε ι *τωνἀλλωνἐπειδαν*
δ'εις τὴνἀρχηνκαταστ ω σ ι ν *ἀνουθετητοιδια* . . .;

vides quomodo lectionum diversitas orta sit; de collocatione vocis *ἔδει* cf. p. 27 ann. 3 (et exc. 7 p. 124 sq.), quam rem longe ante tractavi quam de origine corruptelarum cogitarem.

Addo III 59:

τοιαυτηςψυχηςἥδιστ' ἀντις δ υ ν α ι τ ο *τονβιον*
διαγαγειν· μητηνκακιαν ο ἵ ε σ θ ε *δυνασθαιμεν*
πλεοντηςἀρετηςὠφελειντοδ' κτἑ. . . .

Verba '*δύνασθαι μὲν πλέον τῆς ἀρετῆς ὠφελεῖν*' Stobaeus per '*μᾶλλον τῆς ἀρετῆς ὠφελεῖν*' circumscripsit eodem modo quo II 35 pro *γυμνάζεσθαι δύνασθαί σε* dedit *γυμνάζεσθαι ἄμεινόν σε.*

Claudat agmen locus XIII 21:

γαροὐδεμιανἥγουμαιτοιαυτηνεἶναι τ ε χ ν η ν
ἥτιςτοιςκακωςπεφυκοσιν προς ἀ ρ ε τ η ν *σω-*
φροσυνηνἂνκαι δ ι κ α ι ο σ υ ν η ν *ἐμποιησειεν·*
οὐμηνἀλλασυμπαρα σ κ ε υ α σ α σ θ α ί *τεκαισυν-*
ασκησαιμαλιστ'ἀνοἶμαιτην τ ω ν λ ο γ ω ν *τωνπο* . . .

Quod igitur quaesivimus qua necessitate recensiones *Γϛγ* inter se coniunctae essent, id ita solvimus, ut haec tria esse lectionum genera diceremus, quae fiebant, dum tres homines literati alii aliorum inscii uni eidemque libro Isocrateo vetustissimo impenderent curas, quibus oratoris verba non minus corrupte quam lacunose in illo tradita refingerent; quae recensiones quibus temporibus debeantur cum ad liquidum ducere nondum liceat, quis negaverit, quis affirmaverit lectiones ϛ et *γ* recentiores antiquioresve Urbinatis recensione esse? quanquam huius de origine inde certiores fimus, quod qui recensionem fecerit, eum etiam delectum instituisse ratione coacti concessimus. Quaequae autem fuit aetas qua natas esse vis singulas recensiones, hoc tenendum unamquamque earum ad ipsum redire archetypum neque eas ita inter se cohaerere ut alia ex alia fluxerit. [2])

---

[1]) Cf. vv. ll. quas ad hunc locum ceterosque, quos allaturus sum, in capite primo composui.

[2]) De verbis in *Γ* a pr. m. omissis iudicium ferre veritus sum, cum Martinus (le manuscrit p. 5 ann. 3) hanc sibi reservaverit provinciam; apponam nihilo secius observationem, quae ut Martinum, quod ex illius silentio concludere liceat, fugit, ita summi momenti ei esse videbitur, qui meminerit Fuhrium monentem plurimum ad quaestionem de lacunis istis solvendam interesse, ut acriter indicetur cui quotaeve manui repleta verba debeantur. (Rh. M. XXXIII p. 567) agam igitur de quarto correctore *Γ*[4]. Relege: 56,16 *τῶν πρὸς Γϛ*$^{\alpha}$: *τῶν πρότερον πρὸς Γ*[4]*E*: *τῶν πρότερον τῶν πρὸς ϛ*. — 57,10 *κρατήσειν Γϛ* Is.$^{\alpha}$: *ἐπικρατήσειν E*

Tres igitur libri illius vetustissimi habemus testes eosque quod ad originem pertinet pariter fide dignos. At *Γ* curis hominis scripta

---

κρατήσειν addito inter lineas ἐπι *Γ*^{4} (= *E*). — 58,10 ἀλλὰ ς Is.$^{\alpha}$: καὶ *Γ*^{1}: ἀλλὰ καὶ *E*, καὶ addito inter lineas ἀλλὰ *Γ*^{4} (= *E*). — 58,14 τοῖν πολέοιν *Γ*: τοῖν πολέοιν τούτοιν *Θ*$^{\alpha}$: τοῖν πολέοιν ταύταιν *EΓ*^{4}: ταῖν πολέοιν ταύταιν ς*E*$^{\alpha}$ς$^{\alpha}$. — 65,10 δεινὰ *Γ*ς Is.$^{\alpha}$: δεινότατα *EΓ*^{4}. — 67,11 τούτοις *Γ*ς: τούτοις αὐτοῖς *E*, τούτοις addito in mg. αὐτοῖς *Γ*^{1} (= *E*). — 80,4 τ ῶ ν στρατευσαμένων *Γ*: τ ῶ ν ἐπ' ἐκείνους στρατευσαμ έ ν ο υ ς *E*, τ ῶ ν στρατευσαμ έ ν ω ν cum nota sub τῶν add. in mg. ἐπ' ἐκείνους *Γ*^{4} (hoc esset ἐπ' ἐκ. στρατευσαμέ ν ω ν, si quidem ex Martini silentio certum iudicium ferre licet; at debuit v. d. annotare, utrum στρατευσαμ έ ν ω ν *Γ*^{4} intactum reliquerit an στρατευσαμ έ ν ο υ ς verbis intulerit): τῶν στρατευσαμένων ἐπὶ Τροίαν ς. — 80,7 οὗ σαφέστερον οὐδέν om. *Γ*^{1}: add. post ἀφετέον ς, post καιρός *E*, in mg. cum nota supra καιρός *Γ*^{4} (= *E*; haec verba recte a *Γ*^{1} omissa correctoris sunt, qui in restituendis literis admodum evanidis minus prospero successu usus est quam is, qui ex i i s d e m literis 'ὃν οὐκ ἀφετέον' refinxit; uterque legit primum illud ο et novissimum ν et literas αφε; verba ὃν οὐκ ἀφετέον propter insequentia necessaria sunt, cum 'οὗ σαφέστερον οὐδέν' neque constructioni simplici et eleganti conveniant neque sententia flagitentur). — 80,30 αἱ περὶ *Γ*^{1}: αἵ εἰσι περὶ ς: αἵ εἰσιν εἰς ὑπέρτερον περὶ *E*, cum nota apud αἱ add. in mg. εἰσὶν εἰς ὑπέρτερον *Γ*^{4} (= *E*). — 82,5 οὐδεὶς πώποτ' *Γ*^{1}ς: οὐδεὶς τῶν πώποτ' *EΓ*^{4}. — 87,1 γὰρ ἢ *Γ*ς: γὰρ ἂν ἢ *E*, γὰρ ἢ addito ἂν infra ἢ *Γ*^{4} (= *E*). — 87,25 αὐτοί ς: αὗτοι *Γ*^{1}: αὐτοῖς οὗτοι *EΓ*^{4}. — Quod iam his perlustratis locis — lectiones, quas easdem non solum *Γ*^{4} et *E* sed etiam ς habet, ut nihil probantes, omisi — facile perspicitur arto vinculo *Γ*^{4} et *E* inter se coniunctos esse, id eo etiam magis illustratur, quod compluribus locis, quibus *Γ*^{4} lectionibus suis illud 'γρ.' addit, verbum non in ipso textu codicis *E* sed in margine invenitur: 61,2 ἐποίησαν *ΓEΘ*$^{\alpha}$: κατέλιπον ς *E* mg., in mg. γρ. κατέλιπον *Γ*^{4}: πεποίηνται ς$^{\alpha}$. — 64,16 ἐμέλλησαν *Γ* (primum λ arrasum): ἐμέλησαν *E*$^{\alpha}$ mg., ἐμελέτησαν *E*: οὐκ ἐμέλλησαν Di.: ἐτόλμησαν ς*E*$^{\alpha}$ mg. *E*, in mg. γρ. ἐτόλμησαν *Γ*^{4}. — 81,12 ἐπιστῶσιν *Γ*^{1b}*E* (ἀπ. *Γ*^{1}): ἀθροισθῶσιν *E* mg. ς, cum nota inter lineas in mg. γρ. ἀθροισθῶσιν *Γ*^{4} (animadvertendum verbum in *Γ*^{1} non aliter atque in ς *E* mg. a litera α incipere). — cf. 66,30 σφᾶς αὐτοὺς *Γ*ς: ἡμᾶς αὐτοὺς *E*, ad σφᾶς in mg. γρ. *Γ*^{4} ἡμᾶς. — *E* ex Urbinate quarti correctoris curis restituto descriptum esse nemo nisi harum rerum plane hospes coniciet; neque magis probandum si quis *Γ*^{4} ex *E* deductum esse putarit; unde enim 45,32 *Γ*^{4} κατ' αὐτὴν sumpsit pro κατὰ τὴν *Γ*^{1}, cum ς κατὰ γῆν praebeat? unde 79,24 in mg. γρ. καταμαθεῖν *Γ*^{4}, cum ceteri codices omnes — quanquam de *E* disertis verbis nihil affirmatur — habeant πυνθάνεσθαι? idem hoc probant lectiones 75,13 κόνωνος *E* κοινωνος *Γ*^{1} (= κονωνος h. e. κίμωνος): Κίμωνος *Γ*^{4}ς. — 70,5 συναναγεγραμμένας *Γ*^{1} (litt. συ a *Γ*^{2} pro νυ, ut videtur): νῦν ἀναγεγραμμένας *Γ*^{4}ς: νῦν γεγραμμένας *E*. — Nova totius Urbinatis et Ambrosiani collatio docebit num recte coniecerimus, qui *Γ*^{4} non ex ipso *E* sed e gemello eius fluxisse statuerimus; qui liber ad ipsa verba recognoscenda non tam fecerit quam ad illustrandam viam, qua oratoris scripta nobis tradita sunt. — In Martini collatione corrige errores: p. 47 pro '22' lege '23' deleto postea 'l. 23'. p. 51 ante εὐτυχίαν adde '13'. p. 62,24 scribe: 'ἔλθησιν. — ἡμέτεροι tr.'; p. 65,21 lege

oratoris in pristinam formam redigentis pertractatus est, qui auctores lectionum ς et *y* et ingenii acumine et linguae Graecae cognitione longe superabat. Accessit alterum: quot orationes libri recensionis ς aut *y* continuerint ignoramus, sed plures quam viginti et unam lectitatas non fuisse altero post Chr. n. saeculo loci ex Isocratis scriptis excerpti docent. Sive igitur plures sive pauciores hae recensiones praebuerunt orationes, temporum decursu — aut quia excerptor *Γ* praeter ceteros grammaticos auctoritate florebat aut quia eius delectus a rhetoribus in scholis discipulis proponebantur — factum denique est, ut etiam ex recensionis ς et *y* libris eae tantum orationes excriberentur, quas recensor *Γ* selegerat. Sed libri Urbinati consimiles postea non tam saepe adhibiti esse videntur quam vulgatae textus: etenim sescenti nobis servati sunt codices infimae notae, unus Urbinas, quem propius Ambrosianus (*E*) attingit. Quod dum fit, in Urbinate verba oratoris ab maculis illis, quibus aut magistrorum frequens tractatio aut scribarum dormitans socordia aut sciolorum petulans doctrina veterum scripta adspergere solet, multo liberiora manserunt quam in libris ς et *y* recensionis, qui creberrime lecti glossematis mendis interpolationibus scatent. — Talibus ex libris Isocratis scripta repetebantur usque ad Bekkeri aetatem, qui vir doctissimus nostri quoque oratoris sospitator extitit, cum Urbinatem e situ protraheret ad eumque reliquias Isocrateas ederet. Attamen vir summus criticus novi quo omnes nos trahimur amore et studio seductus est ut, quamvis bonas interdum easque probandas lectiones recensio ς praeberet, libro totum se daret recens reperto. Quare ex hac compluriens Benselerus correctiones textui quem vocant repetiit, Blassius Urbinatis unicae auctoritatis acer adversarius extitit, Fuhrius vulgatam iusto saepius ab editoribus neglectam esse censuit. Quod cuncti hi recte monuerunt sola experientia usi, hoc nos probamus atque id novum insuper protulisse nobis videmur, quod causas cur Urbinas non ubique veram lectionem servaverit eruere conati sumus. Hic igitur liber quia eiusdem atque recensiones ς*y* est originis, eiusdem fidei esse potest: quia melius recensitus meliusque servatus est, maior ei saepe quam illis fides esse debet. Itaque si rationes artis grammaticae elocutionis sententiae contra Urbinatis lectionem faciunt, eum quamvis ceteroquin egregium deseremus fratrumque illius ex eodem patre natorum aut alterum aut si casu fit utrumque amplectemur; sin autem ad solam scripturae testium auctoritatem fidemque res redit, Urbinatem sequemur. Haec sunto de recensione, qua recte adhibita ubique fere ipsam oratoris manum reciperare potueris: emendationis in scriptis tam bene traditis rarissime locus erit. Quanto autem rarius, si quando librorum manuscriptorum Isocrateorum copiae religiose ac diligenter excussae et via ac ratione digestae erunt! Quod Di faxint ut tandem aliquando fiat!

ὄλεθρον. p. 70,5 nonne ʽ*συναναγεγραμμενας* 1ʼ (pro 2) corrigendum? — ubi inserit 44,18 *Γ*⁴ *τῶν ἄλλων*? interest hoc scire.

CAPVT III.

Excursus.

I. Ad cap. I p. 1—12.

Componam hoc excursu complura quae non tam ad singulos locos quam ad vitam oratoris totasque orationes pertinent.

a) Ad Isocratis vitam Plutarcheam.

[ad cap. I. Cum apud Dionysium (de Isocr. iud. c. 1) verba legantur *πλοῦτον ὅσον οὐδεὶς τῶν ἀπὸ φιλοσοφίας χρηματισαμένων περιποιησάμενος ἐτελεύτα τὸν βίον κτέ.* ad eaque expressa sint apud [Plutarchum] vv. X orr.: *ἀργύριόν τε ὅσον οὐδεὶς σοφιστῶν εὐπόρησεν ὡς καὶ τριηραρχῆσαι* (p. 837c) facile credideris ultima [Plutarchum] verba repetivisse ex iis quae p. 836a dixit: *καὶ εὐπορήσαντος ἀπὸ τούτων ὡς καὶ χορηγῆσαι* (de patre Isocratis): at si leges apud eundem [Plutarchum] p. 838a: *εὐπόρησεν ἱκανῶς, οὐ μόνον ἀργύριον εἰσπράττων τοὺς γνωρίμους, ἀλλὰ καὶ τὰ παρὰ Νικοκλέους τοῦ Κυπρίων βασιλέως, ὃς ἦν υἱὸς Εὐαγόρου, εἴκοσι τάλαντα λαβὼν ὑπὲρ τοῦ πρὸς αὐτὸν γραφέντος λόγου, ἐφ᾽ οἷς φθονηθεὶς τρὶς προεβλήθη τριήραρχος κτέ.*, perspicies duos locos Plutarcheos eodem ex fonte deductos esse ex quo Dionysius hausit; nam ut Dionysii verba a prioribus Plutarcheis secerni nequeunt, ita priora huius cum posterioribus eiusdem coniuncta sunt. Inter haec posteriora autem sunt interposita quaedam, quae ceteris locis non leguntur vixque a nobis intelleguntur: quis enim est *ὁ πρὸς αὐτὸν γραφεὶς λόγος*? tres, non unum Nicocli orator misit. Legimus in arg. Isocr. II: *Ἕρμιππος δέ φησιν ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἰσοκράτους παρατιθέμενος Εὔανδρόν τινα κατὰ τῶν σοφιστῶν εἰρηκότα, ὡς ὅτι λαβὼν εἴκοσι τάλαντα παρὰ τοῦ Νικοκλέους αὐτὸς ὁ Ἰσοκράτης ἔπεμψεν αὐτῷ τὸν λόγον τοῦτον κτέ.* [1]) Videmus

---

[1]) Verba quae sequuntur *τελευτήσαντος τοῦ Εὐαγόρου ὥσπερ καὶ τούτῳ βουλόμενος χρήσιμος γενέσθαι μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτήν* respiciunt ad [Isocr.]

[ad cap. I. igitur inter verba quae Dionysius agnoscit altero loco historiolam temere insertam esse quae Hermippeae originis est.

Cum apud Athenaeum (XIII 592[b]) verba legantur Ἕρμιππος δ' ἐν τῷ περὶ Ἰσοκράτους προβαίνοντά φησι τῇ ἡλικίᾳ τὸν Ἰσοκράτη ἀναλαβεῖν Λαγίσκην (cxi.: — αν edd.) τὴν ἑταίραν εἰς τὴν οἰκίαν, ἐξ ἧς καὶ γενέσθαι αὐτῷ θυγάτριον. Μνημονεύει δ' αὐτῆς Στράττις κτέ. nosque hoc testimonio edoceamur etiam verba [Plutarchi] ἐγένετο δὲ καὶ πρὸς τὰ ἀφροδίσια καταφερὴς ὡς ὑποπάστῳ παρειλκυσμένῳ ἐν τῇ κοίτῃ χρῆσθαι, κρόκῳ διάβροχον ἔχοντα τὸ προσκεφάλαιον καὶ νέον μὲν ὄντα μὴ γῆμαι, γηράσαντα δὲ ἑταίρᾳ συνεῖναι, ᾗ ὄνομα ἦν Λαγίσκη, ἐξ ἧς ἔσχε θυγάτριον, ὃ γενόμενον ἐτῶν δώδεκα πρὸ γάμων ἐτελεύτησεν (p. 839[a. b]) ex Hermippi libro περὶ Ἰσοκράτους desumpta esse, facile credideris etiam ea, quae coniunctione 'ἔπειτα' arte hisce annexa sunt (ἔπειτα Πλαθάνην τὴν Ἱππίου τοῦ ῥήτορος γυναῖκα ἠγάγετο τρεῖς παῖδας ἔχουσαν κτέ.), Alexandrinum patrem profiteri: at si Zosimi vitam Isocrateam revolves, aliud disces legens: ἔσκωπτον δὲ τοῦτον οἱ κωμικοὶ ὡς κεχρημένον τινὶ πόρνῃ Λαγίσκῃ ὀνόματι. λέγομεν δὲ ἡμεῖς ἀπολογούμενοι ὅτι μάλιστα μὲν οὐδὲν τοῦτο ποιεῖ, εἰ εἶχε μετὰ τὴν τελευτὴν τῆς γυναικὸς ταύτην παλλακίδα. Etenim cum neque hic, qui sine dubio Hermippum sequitur, neque Athenaeus (l. c.) neque Plutarchus eo loco, quem Hermippeum esse dipnosophista testatur, quicquam de matrimonio post libidinosam vitam ab oratore contracto tradant, Hermippum coniunctionem illam ἔπειτα non scripsisse concludere coacti sumus; totus autem qui sequitur locus ἔπειτα — εἶπόν τινες (p. 839[a. b]) eiusdem generis est cuius vv. ἦν — Πομπείῳ (p. 839[c]) et τῆς δὲ μητρὸς — σῴζεται[1]) (p. 839[e]) et ἐτάφη — ἔργον

I 2 πρέπει γὰρ τοὺς παῖδας ὥσπερ τῆς οὐσίας, οὕτω καὶ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν; nescio autem an ex horum locorum comparatione Constantini Porphyrogenetae et Tzetzae ineptiae (cf. Coraes ed. vol. II p. 1) originem ducant. Si ultima argumenti verba ad Euandrum illum aut ad Hermippum redire liceret affirmare, valde gauderem: nunc nihil ausus testimonio gravissimo in quaestione illa de aetate Demoniceae epistulae uti nobis non licere doleo. — Ad Euandrum redeunt sine dubio verba arg. Isocr. IX: λέγουσι δέ τινες ὅτι καὶ τριάκοντα τάλαντα ὑπὲρ τούτου ἐδέξατο; locum nostrum Loczynsky inter Hermippi fragmenta non exhibet. Numeri talentorum ad XV 40 excogitati videntur esse.

[1]) Jahn-Michaelis (Pausaniae descriptio arcis Athenarum [2] p. 6 ad 23) verba τῆς δὲ μητρὸς αὐτῶν Ἰσοκράτους καὶ Θεοδώρου καὶ τῆς ταύτης ἀδελφῆς Ἀνακοῦς εἰκόνες ἀνέκειντο ἐν ἀκροπόλει corrupta esse rati αὐτῶν resecuerunt: at quis certum iudicium de verbis ex sermone continuo evulsis tulerit, praesertim cum Ἰσοκράτους καὶ Θεοδώρου (fratris Isocratis: Suid. v. Ἰσ.: ἀδελφοὶ δὲ αὐτῷ ἐγένοντο .... καὶ Θεόδωρος) appositionem ad αὐτῶν esse vix possit negari? An scribendum est: τῆς δὲ μητρὸς Ἰσ. καὶ Θεοδώρου, Ἡδυτοῦς, καὶ τῆς ταύτης ἀδελφῆς Ἀνακοῦς, κτέ.? ΗΔΥΤΟΥϹ in ΑΥΤΩΝ corruptum scribis non transponendum esse non potuit

[ad cap. I. (p. 838[c. d]) [1]), quae auctorem summae religionis et cognitionis urbis Athenarum accuratissimae indicant: quid? talia ad Hermippum quadrare putaris? Et quoniam hoc loco verba duobus ex auctoribus diversis hausta componi demonstravimus, conficitur particulam, quam Hermippi auctoritate iam privavimus, ne ei quidem scriptori obtrudendam esse, cui loci isti modo enumerati debentur. Reminiscere nunc compilatores quamviscunque arripere particulam, modo quod efficere student assequantur, hoc est modo copulent locos duos quos connexos inter se exhibere statuerunt; memineris praeterea etiam velim adversari sententiae, quae dubiosa ista particula *ἔπειτα* incipitur, certissimum illud Zosimi testimonium, quo edocemur Isocratem *post* uxoris mortem meretrice usum esse: quid aliud relinquitur nisi ut *ἔπειτα* compilatoris esse concludamus, qui cum verba *νέον μὲν ὄντα μὴ γῆμαι* excipi illis '*γηράσαντα δὲ*' videret nec haberet cui oratoris aetati nuptias adscriberet, simpliciter planeque securus addidit de suo '*et postea* illum Plathanam in matrimonium duxisse'. Ita compilator: quid vero nobis hac re cognita statuendum est? Isocrates cum res familiares [2]) bello Peloponnesiaco pessumdedisset, propterea matrimonium quamvis triginta annis maior non iniit, quia ipse vix habuit unde viveret. Postquam autem resarsit domum, Plathanam duxit quae Hippiae cuiusdam aut

---

videri: cf. Sauppe O. A. II 3[a], 2 ann., qui ex *αὐτοῦ* p. 838[c] fecit *Ἡδυτῷ* probante Blassio (Att. Bereds II 10, ann. 4).

[1]) Siquis eiusdem auctoris verba p. 837[c] esse contenderit, non repugnarim; at corruptela sunt maculata: quid enim est subiectum enunciati *ἔνθα καὶ τοὺς ἐνδόξους τῶν ποιητῶν ἀνέστησε σὺν αὐτῷ* (sc. *Θεοδέκτῃ*), *ὧν Ὅμηρος ὁ ποιητὴς σῴζεται μόνος*? Si Pausaniam (I 37,4) sequeris, Mnesitheus medicus quidam: an potius de patre Aristandro cogitandum, qui filii superstes fuit (Suid. s. v. *Θεοδ.*: *τελευτᾷ ... ἔτι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ περιόντος*)? Pausanias enim hoc quoque loco fontem suum neglegenter excripsisse videtur; nam vv. '*τάφος δὲ ἐστι μὲν αὐτόθι Θεοδέκτου Φασηλίτου, ἔστι δὲ Μνησιθέου*' Mnesitheum sepulcri artificem esse unicuique videbuntur docere; at erramus posteri nos: *τοῦτον λέγουσιν ἰατρόν τε ἀγαθὸν γενέσθαι καὶ ἀναθεῖναι ἀγάλματα, ἐν οἷς καὶ ὁ Ἴακχος πεποίηται*; belle haec dixit.

[2]) [Plut.] p. 837[a]) tradit: *τῶν μὲν πολιτικῶν πραγμάτων ἀπέσχετο, ἰσχνόφωνός τ' ὢν καὶ εὐλαβὴς τὸν τρόπον καὶ τὰ πατρῷα ἀποβεβληκὼς ἐν τῷ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμῳ· ἄλλοις δὲ μεμελετηκὼς φαίνεται, ἕνα δὲ μόνον εἰπὼν λόγον τὸν περὶ τῆς Ἀντιδόσεως*, quibus apud Dion. c. 1. inde a verbis *καὶ τὰ πατρῷα* nihil respondet; quanquam autem participium *ἀποβεβληκὼς* cum altero (*ὢν*) ita coniunctum est, ut ab illo avelli non posse videatur, tamen verba Dionysio ignota sanam sententiam exhibent; scribo enim *τῶν μὲν ... τρόπον· καὶ τὰ πατρῷα ... πολέμῳ, ἄλλοις* [*δὲ*] *μεμελετηκὼς* (sc. *λόγους*) *φαίνεται κτέ.*; confirmat coniecturam Phot. bibl. cod. 260. p. 496[b] 19 sqq.

[ad cap. I. uxor antea fuerat aut filia erat;[1]) quod cum ante annum 390 factum esse vix credere liceret, suo iure Hermippus dixit oratorem *νέον μὲν ὄντα μὴ γῆμαι*; iuveni enim libidines crimini comicus non dedit: nimirum non erat cum meretricibus orator cui deessent nummi. Praematura deinde morte uxor marito erepta oratorem heredes desiderantem reliquit; adoptavit ergo ille Aphareum filium ex tribus Plathanae eiusque prioris mariti filiis natu minimum. Atque cum *προβαίνων τῇ ἡλικίᾳ* (Hermippus) denuo matrimonio se iungere vereretur, meretricem habuit initio Metaneram quam, ni fallimur, ut iam iuventutis flore orbatam (cf. Lys. frg. 225 S.) paulo post deseruit, postea Lagiscam; illo demum tempore Strattidem irrisorem non aliter nanctus est ac Pericles Aspasia meretrice in domum deducta comicos suae aetatis. — Haec quae dedi diversa sunt a Blassii rerum enarratione ex particula illa *ἔπειτα* pendente. Vidimus autem rebus temere connexis a [Plutarcho] in errorem nos seductos fuisse.

Cum apud [Plutarchum] l. c. p. 837ª legatur: *ἐπεὶ δ' ἠνδρώθη, τῶν μὲν πολιτικῶν πραγμάτων ἀπέσχετο ἰσχνόφωνός τ' ὢν καὶ εὐλαβὴς τὸν τρόπον· . . . διατριβὴν δὲ συστησάμενος ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν καὶ γράφειν διανοηθεὶς* (?) *ἐτράπετο, καὶ τόν τε Πανηγυρικὸν λόγον καί τινας ἄλλους τῶν συμβουλευτικῶν . . . ἡγούμενος οὕτως ἐπὶ τὸ τὰ δέοντα φρονεῖν τοὺς Ἕλληνας προτρέψασθαι*, haecque excipiantur verbis *διαμαρτάνων δὲ τῆς προαιρέσεως, τούτων μὲν ἀπέστη, σχολῆς δὲ ἡγεῖτο, ὥς τινές φασι, πρῶτον ἐπὶ Χίου μαθητὰς ἔχων ἐννέα· ὅτε καὶ ἰδὼν τὸν μισθὸν ἀριθμούμενον εἶπε δακρύσας ὡς· ἐπέγνων ἐμαυτὸν νῦν τούτοις πεπραμένον*, facile credideris tradi Isocratem, postquam Panegyricum scripsit viditque parum se profecisse, Chii ludum aperuisse: at si Dionysium adscisces, [Plutarchi] verbis, cum ea ceteris quae de vita oratoris constant adversentur, deceptos nos cognosces. Tractavimus autem modo duos locos vitae Plutarcheae, ut eius naturam illustraremus, reperimusque priore quaestione compilatorem duas narrationes, quarum alteram agnoscit Dionysius alteram ignorat, ita connectere, ut Dionysiacam simpliciter semel expressam ita paucis interiectis verbis repeteret, ut ei alteram alius originis statim adiungeret; posteriore vero loco ostendimus in constituendis temporum rationibus enunciatorum ordine minime decere nos duci.

Quod utrumque fere nostro loco factum est. Etenim cum ap. Dion. c. 1. extet: *σπουδὴν μὲν ἐποιεῖτο πράττειν τε καὶ λέγειν τὰ πολιτικά· ὡς δὲ ἡ φύσις ἠναντιοῦτο τὰ πρῶτα καὶ κυριώτατα τοῦ ῥήτορος ἀφελομένη, τόλμαν τε καὶ*

---

[1]) Cf. Susemihl, J. J. XCVII (1868) p. 515 sq.

[ad cap. 1. φωνῆς μέγεθος, ὧν χωρὶς οὐχ οἷόν τ' ἦν ἐν ὄχλῳ λέγειν, ταύτης μὲν ἀπέστη τῆς προαιρέσεως, ἐπιθυμῶν δὲ δόξης ... ἐπὶ τὸ γράφειν ἃ διανοηθείη κατέφυγεν, de ludo Chiaco autem verba nulla fiant, facile intellegimus προαίρεσιν apud Plutarchum, qua ad consilium orationum publicarum scribendarum relegi videamur, idem quod apud Dionysium significare, h. e. consilium accedendi ad rem publicam (σπουδὴν ποιεῖσθαι πράττειν τε καὶ λέγειν τὰ πολιτικά). Duos igitur testes compilator habuit, alterum, quem sequitur Halicarnassensis, Chiaci ludi ignarum, alterum, cuius nomen non tradit, fabellae illius auctorem: Plutarchus personatus verbis prioris excriptis ita posterioris adiunxit historiolam, ut transitionis aut coniunctionis formam ab illo mutuaretur (διαμαρτάνων δὲ τῆς προαιρέσεως τούτων μὲν ἀπέστη).[1]) Atqui Dionysii narrationem quamvis brevem optimae fidei esse constat: quid de fabellis ei insertis iudicemus? Quam supra perlustravimus de viginti talentis eam fictam esse posuimus; veniunt praeterea in censum mirae illae historiolae de Theramene ab Isocrate defenso (p. 836[f]. 837[a]) atque de Demosthene decem minas solvendi impotente (p. 837[d. e]), quae, cum melioris notae non sint (cf. Blass Att. Bereds. II 12 et ann. 1; III 1,14), nostri loci auctoritatem admodum affligunt. Age vero quae sequantur circumspiciamus. Verba ὡμίλει δὲ τοῖς βουλομένοις μερίσας πρῶτος τοὺς ἐριστικοὺς λόγους τῶν πολιτικῶν περὶ οὓς ἐσπούδασε redeunt apud Dionysium, qui quidem ea quae deinceps adiunguntur καὶ ἀρχὰς δὲ καὶ περὶ τὴν Χῖον κατέστησε καὶ τὴν αὐτὴν τῇ πατρίδι πολιτείαν non habet. Haec autem quondam cum priore illa fabula Chiaca coniuncta fuerunt: an te effugit auctorem καὶ — δὲ καὶ pro simplicibus καὶ vel δὲ posuisse, quia aliud negotium ab Isocrate non minus quam quod modo memoravit allaturus erat susceptum Chii. Et quoniam particulis istis ad priorem insulae mentionem relegi nos ostendimus, morari eos opus non est qui insulae nomen removere studuerunt, quod intactum relinquendum erat, etiamsi Usenerus usum praepositionis ‘ἐπί’ commentatus non esset. (Rh. M. XXXV 145). Iam si hi loci inter se coniungendi

[1]) [Plutarchus] non ipse vitam Isocratis compilavit, sed opus in brevius redegit, quod auctor nescio quis duobus ex fontibus in unum duxerat: alter is erat liber, quem etiam Dion. excerpsit, incerti anctoris, alter fortasse Caecilii, ad Hermippum (et Idomeneum) compositus. Hic est fabulosus; ille, qui prorsus Pergamenam doctrinam redolet, summa dignus fide. — Phot. cod. 260. p. 486[b] 26 Bk.: ἀποτυχὼν δὲ τῆς γνώμης τούτου μὲν ἀπέστη τοῦ ἐπιτηδεύματος ... φάναι δακρύσαντα ὡς· νῦν ἐμαυτὸν ἔγνων τούτοις πεπραμένον; hinc senarium nuper Schoene extorsit: ἔγνων ἐμαυτὸν τοῖσδε νῦν πεπραμένον (Herm. XVII 645); at nescio an paucos adsentientes nanctus sit; meam de loci huius fide sententiam recepta Schoenii coniectura etiam verisimiliorem fieri apparet.

[ad cap. I. sunt, prior fide etiam magis indignus evadit, cum eodem ab auctore profectus esse habendus sit, qui alterius incredibiles ineptias excogitavit; namque risi nescio quantum ubi ista legeram: Di magni Isocrates facit Solones. — At fac verba illa Dionysium in fonte suo repperisse reperta non recepisse: quamvis breve in spatium Halicarnassensem exemplum suum redegisse statuas, hoc concedere debes eum rem tanti momenti, quanti est institutio ludi Chiaci, silentio praeterire non potuisse nisi gravissimis causis ementitam hanc ducere historiolam esset coactus. Si igitur Dionysius tradita illa verba sprevit, tacito suffragio quid de fabella sit iudicandum nos docuit: sin vero non accepit ea, quid auctoritatis fabulae isti tribuenda est, quae ex puro fonte hausta non sit?

Attamen omnia quae attulimus pro nihilo putaremus, si quibus argumentis aliunde petitis Plutarchi memoriam confirmare liceret: sed qui potest hoc sperari de verbis, quibus iam unus ex tribus illis auctoribus, ad quos referre ista licet, adeo diffidebat, ut ea nisi addita tanquam virgula interrogativa (*ὥς τινές φασιν*) recipere nollet? Immo adversatur ludo Chiaco, quod ex ceteris testibus nullus eum agnoscit, quod Isocrates ipse nusquam eius mentionem facit, [1]) quod novem primi discipuli, quorum numerus mirum in modum cum novem illis Plutarchi consentiens haud dubiam affert lucem totius fabulae origini, cuncti sunt Athenienses (Blass Att. Bereds. II 16 sq.), quod tempus gravissimis sine difficultatibus definiri nequit, quo Chii orator versatus esse putandus est. [2]) Quid igitur nos iudicamus? Non negamus tradi Isocratem Chii ludum condidisse: aliqua testimonium hoc esse dignum fide prorsus planeque negamus. Fabulae autem rerum scriptori sunt neglegendae.

b) Ad orationem 'de bigis'.

Clamavit Demochares (ap. Athen. V 215[e]) in oratione *ὑπὲρ Σοφοκλέους πρὸς Φίλωνα*, qua decretum illud contra philosophos a Sophocle a. 307 perlatum defendit, Platonem

---

[1]) Gravissimum esse testimonium iudicarem, si non in epistula, quam spuriam ducere coactus sum (6,2), sed in oratione genuina verba legerentur: *πάντες οἱ πυθόμενοι τὴν ἀποδημίαν δικαίως ἄν μου καταφρονήσειαν, εἰ προῃρημένος τὸν ἄλλον χρόνον ἡσυχίαν ἄγειν ἐπὶ γήρως ἀποδημεῖν ἐπιχειροίην, ὅτ' εἰκὸς ἦν εἰ καὶ πρότερον ἄλλοθί που διέτριβον, νῦν οἴκαδε σπεύδειν, οὕτως ὑπογυίου μοι τῆς τελευτῆς οὔσης*; oppositum enim *ἀποδημεῖν* significationem notionis *ἡσυχίαν* commentatur. Sed hoc affirmari posse confidimus, auctorem epistulae aut accepisse aut sua ipsius rerum temporumque computatione invenisse oratorem inde ex eo tempore ex quo docuit, per longius tempus ex urbe non afuisse; adulescentem igitur in Thessalia Gorgiam audientem (Cic. Or. 52,176) contra afferre non licet.

[2]) Cf. Susemihl de . . . . vitis Tisiae Lysiae Isocratis . . . . quaestiones epicriticae p. XVI (ind. schol. Gryph. 1884).

[ad cap. I. qui Socratem ad Potidaeam Amphipolim Delium contra hostes pugnasse tradiderit, mendacia proferre [1]): neque enim in enarranda expeditione contra Amphipolim suscepta Thucydidem Socratis mentionem inicere; tum de pugna Potidaeensi haec leguntur: *πότε δὲ καὶ εἰς Ποτείδαιαν ἐστρατεύσατο, ὡς ἐν τῷ Χαρμίδῃ* (p. 153 cf. apol. 28 [e]; symp. 221 [a]) *εἴρηκεν ὁ Πλάτων, φάσκων αὐτὸν καὶ τῶν ἀριστείων τότε Ἀλκιβιάδῃ παραχωρῆσαι; τοῦτο οὔτε Θουκυδίδου ἀλλ' οὐδ'* (Dind. cll. p. 220 [f] VI 233 [a] VIII 354 [e]: *οὔτ'* libri) *Ἰσοκράτους εἰρηκότος ἐν τῷ περὶ τοῦ ζεύγους.* Haec omnino nostra in oratione non leguntur frustraque quaerimus quanam illius in parte mentio Socratis Alcibiadisque una pugnantium interlapsa esse possit. Nimirum talia nisi in refutandis calumniis, quas adversarii ex vita Alcibiadis patris in Alcibiadem filium conflaverant, dici vix potuerunt; itaque non est cur miremur, illa in orationis partem nobis servatam inseri nequire, quippe qua tantum ea contineantur quae ad vitam publicam Alcibiadis maioris in luce Graeciae versantis pertinent. Quid vero verisimilius quam adversarios filio non solum quae pater in rebus gestis deliquisse videri potuit, sed etiam quae idem adulescens in vita privata commisit obiecisse? Et Lysiae oratione quarta decima, quanquam in ea illa tantum respiciuntur quae ad vitam publicam Alcibiadis Cliniae filii spectant, tamen quaedam sunt servata, ex quibus cognoscere liceat, qualia fere quae adversarii proferre solebant fuerint (§ 41. 42). Itaque Isocratem ut altera orationis parte adversus crimina illa publica pugnavit, sic contra privata haec priore ita verba fecisse conicio, ut pulcherrimi adulescentuli vix puberis fortitudinem bello ac periculis spectatam, ut lautissime viventis civis patientiam admirabilem vigoremque nullis unquam corporis laboribus aut animi contentionibus defessum, ut facetissimi ac prudentissimi iuvenis ingenium capiens viros atque devinciens extolleret caneretque, quibus nec sapientiores neque unquam clariores tulit Graecia. Hac novissima in parte Demochares Socratis mentionem faciendam fuisse facile potuit credere, cum orator Socrate Alcibiadem a morte vindicante haud sciam an splendidius amicitiae afferre non potuerit exemplum. Quod quia ille eximia in laudatione Alcibiadis praeter opinionem non legit, *ἀλλ' οὐδ' Ἰσοκράτους* neque simpliciter *οὔτε Θουκυδίδου οὔτ' Ἰσοκράτους* dixit. At orator orationis Isocrateae tempora non respexit, sive quia ipse rem parum perspexit, sive quia fallaci argumentandi ratione auditores in errorem inducere voluit; valde enim dubito num, si

---

[1]) Hoc fragmentum cum verbis ap. Athen. XI. 508 [f] sqq. probabiliter coniunxit Blass (Att. Bereds. III, 2,307); de oratione cf. etiam v. Wilamowitz-Möllendorff, Phil. Unt. IV p. 196 sq.

[ad cap. I. Isocrates de arta quae inter Alcibiadem ac Socratem intercesserat amicitia [1]) verba fecisset, apud iudices, qui modo philosophum capitis damnaverant, reo Alcibiadis illius filio profuturus fuerit: hac ergo de causa nihil de amicitia ista apud Isocratem legebatur. Atque quia hac oratione amicitiam illorum silentio praeterierat, idem orator paucis annis postea, ut sibi constaret, scribere coactus est (XI 5) contra Polycratem: *Σωκράτους δὲ κατηγορεῖν ἐπιχειρήσας, ὥσπερ ἐγκωμιάσαι βουλόμενος Ἀλκιβιάδην ἔδωκας αὐτῷ μαθητήν, ὃν ὑπ' ἐκείνου μὲν οὐδεὶς ᾔσθετο παιδευόμενον, ὅτι δὲ πολὺ διήνεγκε τῶν ἄλλων, ἅπαντες ἂν ὁμολογήσειαν.* Quam caute autem hoc dictum est! *ᾔσθετο παιδευόμενον* i. e. nemo vitae illius Socrates praeceptores ‘sensit’; *οἶδεν* ille non scripsit. Statuo igitur contra Blassium (Att. Bereds II p. 207), non pauca sed totam priorem orationis partem, qua Alcibiadis patris vita privata defendebatur, intercidisse. —

Contra posteriorem orationis partem Lysiam pugnasse in oratione quarta decima notissimum est, neque vero scio utrum Isocrates omnia quae profert argumenta ipse excogitaverit an sint quae ab aliis auctoribus mutuatus sit. Dubitanter Wilamowitzius (Herm. XII 328 ann. 3) rogavit Isocratem inter et Thucydidem possit observari necessitas necne; cui interrogationi Fuhrius (Rh. M. XXXIII 592sq.) ita respondit, ut Blassii sibi laudem pararet (Att. Bereds. III 2,346); negavit autem vir ille doctus esse necessitatem. Attamen mecum velim relegas tres hoc locos:

Thuc. VI 92,4.	Isocr. XVI 13 sq.	Lys. XIV 32 sq.
καὶ φιλόπολις οὗτος ὀρθῶς, οὐχ ὃς ἂν τὴν ἑαυτοῦ ἀδίκως ἀπολέσας μὴ ἐπίῃ, ἀλλ' ὃς ἂν ἐκ παντὸς τρόπου διὰ τὸ ἐπιθυμεῖν πειραθῇ αὐτὴν ἀναλαβεῖν.	*ἐπὶ τίνα δ' ἢ πόλιν ἢ φίλον ἢ ξένον οὐκ ἤλθετε* (sc. *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*) *δεησόμενοι συγκαταγαγεῖν ὑμᾶς; τίνος δ' ἀπέχεσθε πειρώμενοι κατελθεῖν; οἱ καταλαβόντες τὸν Πειραιᾶ... τελευτῶντες τοῖς τείχεσι προσεβάλετε;... ὥστ' οὐκ εἰκὸς ἐπιτιμᾶν τοῖς τῶν αὐτῶν ὑμῖν ἐπιθυμοῦσιν οὐδὲ κακοὺς ἄνδρας νομίζειν, ὅσοι φεύγοντες κατελθεῖν ἐζήτησαν ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον κτέ.*	*τολμᾷ γὰρ λέγειν ὡς Ἀλκιβιάδης οὐδὲν δεινὸν εἴργασται ἐπὶ τὴν πατρίδα στρατεύσας· καὶ γὰρ ὑμᾶς φεύγοντας Φυλὴν καταλαβεῖν ...καὶ ταῦτα ποιήσαντας οὐκ ὄνειδος τοῖς παισὶ καταλαβεῖν ἀλλὰ ...ὡς τῶν αὐτῶν ὄντας ἀξίους, ὅσοι φυγόντες μετὰ τῶν πολεμίων ἐπὶ τὴν χώραν ἐστράτευσαν καὶ ὅσοι κατῄεσαν Λακεδαιμονίων ἐχόντων τὴν πόλιν.*

[1]) Tetigit rem etiam Zeller, Phil. d. Gr. II ^{3} 1,451 sq. ann. 3.

[ad cap. I. Libenter comparatis hisce inter se concluderem Isocratem e Thucydide pendere, ni cautione opus esse videretur; etenim cum nihil impediat, quominus Thucydides verba ista eodem tempore scripserit quo Isocrates orationem,[1]) factum esse potest, ut et orator et rerum scriptor hoc de Alcibiade patriam recuperante argumentum ipsorum in usum ex vulgatissimis illis verterent, quae sine dubio sophistae suo ex more causam celeberrimam orationibus ficticiis[2]) tractantes eo tempore decantabant; Thucydidem autem cum oratoribus quasi certasse haud veri dissimile est, quippe qui etiam epitaphium ea aetate, qua peroratus non est (Herm. XII p. 365 ann. 51; A. Kirchhoff, Enstehung des Herodot. Geschichtsw.[2] p. 19 ann. 1), habitum, ut videtur, ideo faceret, ut orationi funebri adversaretur Gorgianae, quam illis temporibus omnium in manibus fuisse consentaneum est.[3]) Quid igitur statuamus? utrum Thucydidem verba illa post a. 399 eo consilio scripsisse, ut

---

[1]) Habita enim est oratio haud ita multo postquam Alcibiades filius sui iuris est factus, h. e. c. a 399, cum natus sit c. ol. 91,1 (Hertzberg, Alkibiades p. 140 ann. 61).

[2]) Hoc ex orationibus de causa Socratea et de pignore illo ἀμαρτύρῳ scimus; nostram causam apud sophistas celeberrimam fuisse pateret, etiamsi deessent testes, qui sunt praeter Lysiam et Isocratem Diodorus (XIII 74) Plutarchus (Alc. 12) Andocides personatus (IV 26) inter se dissidentes. Hi enim propterea diversas rei narrationes exhibent, quia ipsi vel ipsorum auctores ex orationibus de causa ista conscriptis hauserunt diversis.

[3]) Hanc ad sententiam necessario devenimus, si causam requirimus, cur Thucydides temporum rationes neglexerit. Nec scio an de Periclis orationibus apud populum habitis (Thuc. I 140 sqq. II 60 sqq.) et de Gorgiae Ὀλυμπικῷ idem affirmare liceat. Sed miram quam necesse est intercessisse inter illas orationes similitudinem, persequi huius loci non esse ratus id insuper monitum volo temporum rationes simultati, quam inter scriptores istos statuimus fuisse, obverti nequire. Epitaphium Gorgianum Susemihl (J. J. 1877, p. 79) inter annos 426 et 420 a. Chr. n. ortum esse cum coniecisset, nunc potius ipsi anno 420 vindicat (cf. libelli p. 94 ann. 2. adsciti p. XX); Olympicum Blassius ad annum 392 rettulit (Att. Bereds. II 232 ann. 6.) argumento usus quod mea quidem sententia non stat. Onckenio enim (Isokr. u. Athen p. 42) orationem ad belli Peloponnesiaci tempora referenti obicit: 'aber damals war für solche Ermahnungen kein Raum'; si ergo post id bellum compositum esset, ante a. 392 dicit editum esse non posse, cum a. 396 discordiae inter Graecos nondum ortae essent. Miratus sum virum doctissimum dicere potuisse nullum orationis, qualis erat Olympicus, locum fuisse eo tempore, quo civitates Graecae bellis intestinis dilacerabantur; nihil impedit quominus Onckenium sequamur. Quid vero verisimilius quam adversatum acriter ita esse Thucydidem, regia ex stirpe ortum civem Atticum, Gorgiae, subobscurae originis ξένῳ, ut ostenderet patriam dicendi artem nova mediocriter temperatam adulescentulis, qui adventicia declamandi artificia temere capessiverunt? Conseruisse tunc lites viros literatos, quis negaverit?

[ad cap. I. sophistis adversatus esse videretur, an Isocratem illius copias compilasse? Ecce novum argumentum: illa de qua agimus sententia ut Alcibiadi apud Lacedaemonios dicenti aptissima, ita omnium minime idonea est reo apud Athenienses sese defendenti, cuius in ore verba illa potius irrisio facinoris Thrasybulei, quo nihil gloriosius maiusve aut ab ipsis aut a patribus perpetratum esse tum Athenienses credebant, quam ipsius Alcibiadis defensio videri debuerunt. Concedendum igitur Thucydidem sententiae esse auctorem quae apud Isocratem recurrit: utrum orator ex ipso Thucydidis opere eam repetiverit an ex aliorum auctorum copiis, qui pro sua parte e Thucydide pependerunt, diiudicari nequit. — Liceat mihi statim locum adiungere, quo iterum Thucydides et Isocrates cum Lysia — si minus genuino at personato — comparari potest:

[Lys.] II 2	Thuc. II 41,4	Isocr. IX 62
οὔτε γὰρ γῆς ἄπειροι οὔτε θαλάττης οὐδεμιᾶς, πανταχῇ δὲ καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις οἱ τὰ αὑτῶν πενθοῦντες κακὰ τὰς τούτων ἀρετὰς ὑμνοῦσιν.	*πᾶσαν μὲν θάλασσαν καὶ γῆν ἐσβατὸν τῇ ὑμετέρᾳ τόλμῃ καταναγκάσαντες γενέσθαι πανταχοῦ δὲ μνημεῖα κακῶν τε κἀγαθῶν ἀίδια ξυγκατοικίσαντες.*	*ὥστε πολλοὺς Περσῶν πενθοῦντας τὰς αὑτῶν συμφορὰς μεμνῆσθαι τῆς ἀρετῆς τῆς ἐκείνου.*

Notatu dignissimum est falsarium uno eodemque loco et Thucydidem et Isocratem compilasse, quod idem alias demonstrari potest. At cavendum ne, cum Isocratem apud [Lysiam] deprehendisse nobis videamur, teneamus Gorgiam, cuius ad epitaphium oratorem Erchiensem in oratione, quae et ipsa potest appellari funebris (cf. arg. Isocr. IX), facile se applicaverit; omnino autem loci gemelli qui apud Isocratem Lycurgum [Lysiam] aliosque id genus declamatores inveniuntur cuncti fortasse ad Gorgiae epitaphium referendi sunt. Quod si recte disputavi, colligendum est parum Reussii observatione p. 46 ann. 1 significata de epitaphio Lysiaci temporibus probari [1]); attamen hoc dicendum Lysias orationes ex epitaphiis Thucydideo et Gorgiano miselle compilantes Lysias non esse. Spero autem fore ut Blassium mutatae sententiae paeniteat (cf. Att. Bereds. I 439 et III 2, 339 sq.).

---

[1]) Dum haec imprimuntur, sententiam mutavi sicque nunc rem retracto; etiam de comparatione locorum Isocr. VII 80 et Lyc. in Leocr. 73 cautius nunc egerim, quanquam Isocratem esse pacis illius patrem (Rehdantz ad Lyc. p. 176) prorsus mihi videtur negandum esse.

[ad cap. I.

c) Ad epistulam Demoniceam.

Theodori [1]) poetae dictum apud Athen. III 122^b *τὸ κελεύειν μὲν πλέον ἔχειν ἐπαινεῖν δὲ τὸ ἴσον* adeo cum verbis [Isocr.] I 38 *παρασκεύαζε σεαυτὸν πλεονεκτεῖν μὲν δύνασθαι, ἀνέχου δὲ τὸ ἴσον ἔχων* consentit, ut illud horum fuisse exemplum negari vix possit; Theodorus enim ille antiquus fuit poeta, quippe cui a Cephisodoro, quem Athenaeus excribit, Archilochus Sophocles Euripides adiungantur. Quo concesso statim intellegitur male eos fecisse qui *τὸ* ante *ἴσον* delere voluerint: nempe qui Demoniceam composuit, sententiam ex Theodori libro nescio quo in suum deduxit. [2]) Quod autem uno loco factum esse videmus, idem nonne de aliis etiam conicere licet? Circumspiciendum igitur fuit num ex iis, quae ex scriptoribus Isocratis aetate antiquioribus tradita sunt, haec illa aut simpliciter recepta aut leniter mutata in Demonicea reperirentur: nunc vero quaestione hac in posterius tempus reiecta id unum specto, num iure Bergkius (PLG. II⁴ 376) conquestus sit, temere et veteres et nostros criticos Isocrati abiudicasse praecepta ʻad Demonicumʼ, quae Isocratis discipulus et Aristoteles agnossent. ʻAristotelesʼ inquit ʻvidetur ut alia, ita etiam istud Isocrateum praeceptum tanquam inhonestum (...) castigavisseʼ. Contra haec nihil habeo quam ipsa Athenaei verba: *Κηφισόδωρος γοῦν ὁ Ἰσοκράτους τοῦ ῥήτορος μαθητὴς ἐν τῷ τρίτῳ τῶν πρὸς Ἀριστοτέλην λέγει, ὅτι εὕροι τις ἂν ὑπὸ τῶν ἄλλων ποιητῶν ἢ καὶ σοφιστῶν ἓν ἢ δύο γοῦν πονηρῶς εἰρημένα, οἷα παρὰ μὲν Ἀρχιλόχῳ τὸ πάντ' ἄνδρ' ἀποσκολύπτειν, Θεοδώρῳ δὲ τὸ κελεύειν μὲν πλέον ἔχειν ἐπαινεῖν δὲ τὸ ἴσον, Εὐριπίδῃ τε τὸ τὴν γλῶτταν ὀμωμοκέναι φάναι, καὶ Σοφοκλεῖ τὸ ἐν Αἰθίοψιν εἰρημένον ..., Ὁμήρῳ δὲ τὸ τὴν Ἥραν ἐπιβουλεῦσαι τῷ Διὶ καὶ τὸν Ἄρη μοιχεύειν. ἐφ' οἷς πάντες κατηγοροῦσιν αὐτῶν*ʼ. Qui Theodori dictum ab Isocrate receptum esse demonstrare voluit atque inde oratorem defendere, is non ita ut Cephisodorus poetae sententiam proferre potuit; tantum enim abest, ut Cephisodorus Theodorum Isocratis exemplum fuisse dicat, ut eum inter alios scriptores enumeret, qui non laudanda cuncti protulerant. Est igitur dictum Theodori ut cetera exempla allata a Cephisodoro prolatum ad de-

---

[1]) Quae dum scribo, quartae lyricorum Bergkii editionis copia mihi fit, qua video virum, quem luce non iam frui nemo est quin doleat, quae prolaturus sum leviter iam tractasse; inscium illius doctrinae me haec scripsisse ipsa res docebit; priusquam enim altera pars novissimae illius editionis edita esset, prima quaestionis lineamenta duxi.

[2]) Theodori sententiam iam Euripides novit, cf. Phoen. 535 sqq.: *κεῖνο κάλλιον, τέκνον, ἰσότητα τιμᾶν . . . τὸ γὰρ ἴσον νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ . . . σὺ δ' οὐκ ἀνέξει δωμάτων ἔχων ἴσον καὶ τῷδ' ἀπονέμειν;*

[ad cap. I. fendendum locum quendam Isocrateum; qui locus certe non [Isocr.] I 38 est; neque enim homo sana mente dictum quod et ad verba et ad sententiam eius, de quo agitur, artissime se applicet eadem ratione memorat, qua cetera quae et forma et mente ab isto recedant. At si Cephisodorus ad [Isocr.] I 38 respexisse negandus est [1]), ratione progredientes concludere cogimur, Cephisodorum orationem nostram Isocratis esse non novisse; etenim si ad excusandum dictum quoddam praeceptoris inhonestum Theodori locum adscivisset, quem non minus vituperandum orator suum in usum converterat, nonne ipse adversariis arma contra se paravisset? Itaque si omnino Cephisodorus Isocratis causam dicens poetae verbis usus est, Demoniceam esse Isocratis neque ipse neque Aristoteles noverunt. — Sed idem Cephisodorus Aristotelem irrisit adagia congerentem (Athen. II 60 [c]): *Κηφισόδωρος ὁ Ἰσοκράτους μαθητὴς ἐν τοῖς κατὰ Ἀριστοτέλους (τέσσαρα δ' ἐστὶ ταῦτα βιβλία) ἐπιτιμᾷ τῷ φιλοσόφῳ ὡς οὐ ποιήσαντι λόγου ἄξιον τὸ παροιμίας ἀθροῖσαι*; quaero nunc: nonne multa ex iis, quae Isocrates personatus in Demoniceam recepit, proverbia ex Graecorum more dicenda sunt? An in universum quae Aristoteles congerebat alius naturae fuisse censes? Itaque si opusculum oratoris, quod ad rem tractatam facit, collectionibus philosophi necessario haud dissimile fuisset, num Cephisodorus Aristotelem omnino tam petulanter vituperare potuit? Ergo post horum virorum aetatem epistula 'ad Demonicum' composita est. [2]) — Quis vero eius auctor fuerit

[1]) Quem locum Aristoteles castigaverit Cephisodorusque defendere studuerit nec scitur nec expedit quaerere, cum permulti eiusmodi apud oratorem inveniantur.

[2]) Jahrius nunc (Quaest. Isocr. diss. Hal. 1881 — Lehmani de Lehnsfeld, De orat. ad Demonicum Lugd. Bat. 1879 copia mihi non fuit —.) argumenta ex sermone deducenda composuit, ex quibus praestantissimum est, quod de *καλοκαγαθίας* voce eruit. Addo cum scriptorum usu inscriptiones consentire; pro decretorum formula solemni *ἀνδραγαθίας ἕνεκα* quater tantum legi *καλοκαγαθίας ἕνεκεν*: CIA. II 1, 395,4 (?); 471,88; 592, 16 (c. a. 220 a Chr. n.?); 595,9. — *φιλαγαθίας* in illa formula deprehenditur II 1,470, 72.81; 482, 67.74, quod propterea notandum, quia lexica vocem tempori Christiano vindicant; *φιλαγάθως* legitur CIA. II 1,471,33, cuius unum exemplum (ex Clem. Alex. strom. IV p. 631) afferunt; *φιλαγαθεῖν* (CIA. II 1, 471, 89) frustra in lexicis quaesiveris. — Ex iis, quae viri docti dispersa atque *ἐν παρέργῳ* hic illic monuerant, pauca Jahrius omisit, quae hic afferre non opus est; satis superque Jahriana sunt idonea ad eripiendam Isocrati orationem. Iocandi gratia adicio viros doctos contendere in Demonicea 109 vocabula inveniri in ceteris oratoris scriptis non obvia; ego nescius Benseleri commentationis (J. J. 1860 II p. 122 sqq.) ad Mitchellii indicem in verborum usum Isocrateum inquirens plus quam 108 non expiscatus dinumeravi Benseleri verba: vidi me rectius Benselero dinumerasse; is enim non plus quam 108 protulit. Addo denique Schmid-

[ad cap. I. nescitur; recte enim Blassius (Att. Bereds. II 246) statuit aut Harpocrationem ipsum aut eum, ex quo pendet, coniectura usum esse, cum epistulam Isocrati Apolloniatae adscriberet; ipse insuper titulus, quem apud Harp. s. v. *ἐπακτὸς ὅρκος* deprehendimus, '*Ἰσοκράτης Ἀπολλωνιάτης ἐν ταῖς πρὸς Δημόνικον παραινέσεσιν*' (= § 23) indicio est, loci excerptorem, quisquis fuit, Demoniceam inter Isocratis Erchiensis orationes legisse, cum idem Harpocratio s. v. *παράκλησις* praebeat '*Ἰσοκράτης παραινέσεσιν* (= § 5), quod non nescio Blassium ad prioris locum indicem supplendum esse iudicare (Att. Bereds. II 254 ann. 8.); at erravit vir doctissimus, quia uterque titulus ex inscriptione suasoriarum Isocratearum cum indice primae orationis coniuncta facile explicatur, id quod p. 74 sq. comprobavimus. Ne vero altero in capite hoc testimonio me uti iam debuisse credas, monendum est etiam post Boyseni curas neque de vita neque de fontibus Harpocrationis quicquam constare. Quis enim dubitaverit, quin si Harpocrationem veteriorum grammaticorum copias compilasse compertum haberemus, libentissime rem allaturus fuerim, ex qua etiam Hermogenis aetate antiquius esse corpus Urbinatis sine dubio concludendum esset; nunc autem iudicium malui cohibere.

Et quoniam quid de Demonicea iudicemus exposuimus, pauca de 'artibus' quas Isocrates scripsisse fertur addam quasque Blassius (Att. Bereds. II 98. III 2,344) ipsum oratorem nunquam edidisse recte contendit. Quid si illas divenditandas curasset, potuitne omnino dicere in Panathenaico (16): *ὧν τίνας ἄν τις εὕροι πονηροτέρους . . . οἵτινες οὔτε φράζειν οὐδὲν μέρος ἔχοντες τοῖς μαθηταῖς τῶν εἰρημένων ὑπ' ἐμοῦ, τοῖς τε λόγοις παραδείγμασι χρώμενοι τοῖς ἐμοῖς καὶ ζῶντες ἐντεῦθεν τοσούτου δέουσιν κτἑ.*? Itaque aequales oratoris 'artes' non habebant neque unquam Isocrates prudenti usus cautione de sua docendi ratione accuratius egit. Auctor epistulae sextae (§ 8—10) Isocratis personam ut induit, ita tuitus non est; epistula vero Speusippea (XXX) ita uti ut Blassius nunc facit (l. c. III 2, 343sqq.) in animum non induco.

d) Fragmenta deperditarum orationum Isocratearum.

Orationes, quae Isocrati falso adscribebantur, multas necesse est sententias continuisse: an aliunde innumera ista dicta lemmate Isocratis significata originem trahere posse

---

tium (Ethik d. alt. Griechen II 473 not. 18) dicere vereri se epistulam Isocrati abiudicare, 'da sie wenigstens in ihrem Hauptbestandtheilen und vornehmlich in ihren Gedankenelementen von diesem Redner herzurühren scheint', quod falsissimum esse occasione data demonstrabo; tetigit rem iam Sandys Introd. p XL sq

[ad cap. I. credis? Eas colligere inceptum meis viribus maius et, si recte quid sit rei perspicio, ad huc vix perficiendum; priusquam enim Wachsmuthius gnomologia restituerit, operam in colligendis illis perdemus. Nunc duas sententias profero, quas cur selegerim ipse videbis: Amm. Marc. XXX 8,6: '*Ignosci debere interdum armis superato rectori quam iustum quid sit ignoranti*'; Hauptius (opp. II 505) proposuit 'quasi' aut 'tanquam' pro 'quam', quae tamen sufficere mihi non videntur: at nihil expedio; comparavi Schol. ad Thuc V 90 *δεῖ μᾶλλον τῆς φιλανθρωπίας ἤπερ τοῦ πρὸς ἀκρίβειαν δικαίου τυγχάνειν τοὺς ἥττονας*. — Cram. An. Ox. IV 163, 7 sq. (exc. ex Joh. Doxop. comm. in Hermog. *εὑρ.*): *μὴ ἔα* (*ἔα* Cramer ex libris?) *τὸν υἱὸν ταῖς τῶν δούλων ὁμιλίαις χρῆσθαι καὶ ἁμαρτάνοντα δὶς τὸ αὐτὸ κόλαζε*. Et cum dubitare possis, utrum haec sit gnoma quae vocatur an locus ex oratione deperdita, nunc venio ad ipsa fragmenta:

1. *Ἰσοκράτης ἀνδρωδῶς ἐναριθμεῖσθαι τῷ καταλόγῳ* Poll. II 20.

2. *αὐθέντης· ὁ αὐτόχειρ ἢ ὁ αὑτὸν ἀναιρῶν· διὸ παρ' Ἰσοκράτει αὐθέντης. Λυσίας δὲ ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Ἐρατοσθένους· ⟨ἐν τῷ⟩ πρὸς Ἰσόδημον ἰδίως ἔταξεν ἐπὶ τῶν λ' κτέ.* Suid. s. v. *αὐθέντης*.

Harpocratio omittit vv. *ὁ αὐτόχειρ — αὐθέντης*; ergo Suidas duas glossas in unam confudit; nam *Ἰσοκράτην* ex *Ἰσόδημον* natum esse, quod primo quisque optutu sibi sumpserit, eo veri dissimilius tibi videbitur, quo accuratius rem tractabis. Compono autem verba cum Eustathii loco (1350,34) *ὅτι δὲ τὰ ἔντεα δοκεῖ δασύνειν τὴν ἄρχουσαν παρὰ τοῖς παλαιοῖς δηλοῖ καὶ ὁ αὐθέντης, οὐχ ὁ δεσπότης, ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος, ἀλλ' αὐτοέντης καὶ αὐτοχειρίᾳ φονεὺς ὁ καὶ αὐτοφόντης*; cf. Bachm. An. Gr. 168,18 *αὐθέντης· οὐχ ὁ δεσπότης, ἀλλ' ὁ αὐτοχειρίᾳ φονεύς· λέγεται δὲ ὁ αὐτὸς ἐντελέστερον καὶ αὐτοέντης*. [et BA. 15,9 *αὐθέντης· ὁ αὐτόχειρ (ὃ σύγκειται — ἀποκτεῖναί τινα). Σοφοκλῆς* (cf. Schn.-Nck. ad El. 272) *δὲ λύσας τοὔνομα αὐτοέντης εἶπεν. ἔστι δὲ πολιτικώτερον τὸ αὐθέντης.*]. Duae primae glossae ex una ampliore fluxerunt in qua et de sententia vocis et de forma agebatur: apud Suidam sententiam illius vocis commentantur

---

[1]) Ita Meliorum verba illustrantur haec: (*νομίζομεν*) . . . *τῷ ἀεὶ ἐν κινδύνῳ γιγνομένῳ εἶναι τὰ εἰκότα δίκαια καί τι καὶ ἐντὸς τοῦ ἀκριβοῦς πείσαντά τινα ὠφεληθῆναι*, in quibus scribendum, *εἶναι εἰκότα τὰ δίκαια κτέ.*, quia *εἰκότα* non sunt 'die Verhältnisse' hoc loco, sed species *πίστεων* rhetoricarum; cum acerbitate quadam Melii petunt, ut ipsis *τῷ δικαίῳ*, si minus ut certissimo argumento, quod debet esse, at ut probabili niti liceat, cum Athenienses solum quid sit utile spectandum esse censuerint. — Eyssenhardtio in Ammiani loco post *rectori* 'videntur aliquot verba intercidisse.'

[ad cap. I. verba prima (usque ad *ἀναιρῶν*): nonne etiam ibi aliquid de forma? Rescribam tibi glossam: *αὐθέντης· ὁ αὐτόχειρ ἢ ὁ αὐτὸν ἀναιρῶν· ⟨... Σοφοκλῆς?⟩ δι⟨ὰ τοῦ⟩ σ· παρ' Ἰσοκράτει αὐθέντης.* [1]) Hisce Suidas ea quae apud Harpocrationem inveniebat adiunxit; glossam, ut par est, Rindfleisch, de Paus. et Ael. Dion. lex. rhet. (Regim. diss. 1866) n. 88 tractat, ubi plures etiam loci adscripti sunt. Isocrati glossam demere necessarium non videtur.

3. *δικογραφικῶς ὡς Ἰσοκράτης* Poll. VIII 24.

4. *ζητητής· ἀρχή τις Ἀθήνησι κατὰ καιροὺς καθισταμένη, εἴ ποτε τοὺς ἀδικοῦντάς τι δημοσίᾳ δέοι ζητεῖν· Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους καὶ Ἀνδοκίδης ἐν τῷ περὶ ἐνδείξεως. οὗτος δὲ ὁ ῥήτωρ καὶ ζητητής ποτε ἐγένετο, ὥς φησι Λυσίας καὶ Ἰσοκράτης καὶ Πλάτων ὁ κωμικὸς Πρέσβεσιν.* Harp. v. *ζητητής.*

Sauppius locum mutavit (ad Lys. frg. 282): *ὥς φησι Λυσίας ⟨τε⟩ κατ' Ἰσοκράτους καὶ Πλ.* collato Lysiae fr. 126; at ipse addit: 'quanquam veri etiam similius est, Lysiam hoc in oratione sexta commemorasse, cuius initium intercidisse constat'. Sed quid id nos cogit? Conicio Isocratem in interlapsa parte priore orationis 'de bigis' Andocidis eiusque vitae mentionem fecisse, cum Alcibiadem a crimine hermarum eversarum defenderet.

5. *νύμφη· πηγή· καὶ ἡ νεόγαμος γυνή· Ἰσοκράτης* Bachm. An. Gr. I 310,9; sine auctoris nomine Phot. s. v. (Suid.); cf. Hes. *νυμφή· κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἐπὶ τῆς νέας συνοίκου λέγεται. Εὐριπίδης.*

6. Item eius (sc. Isocratis): *Etsi acerbum vobis quod dicendus sum videbitur, tamen aequo animo audiendum est, nam fere verum consilium, quod initio auditu grave est, in posterum cognita utilitate fit iucundum.* Rut. Lup. II 19 (ex Gorgia Atheniensi). Sauppius (O. A. II 227[a]) haec verba ut omnia fragmenta Isocrati eripere studens pro '*item eius*' coniecit '*Demetrius*'. Sed nulla est causa, cur Gorgiam plures orationes quam nos habuisse diffidamus.

7. Schol. Aristid. p. 608 D. (= 235 Fro.): *Τὴν Τροιζῆνα νῆσον λέγει Ἰσοκράτης γείτονα μὲν τῶν Ἀθηναίων μικρὸν δὲ πόρρωθεν οὖσαν ἵνα, ἐὰν* (cxi: *εἰ* codd.) *καὶ συμβῇ ἀπολέσθαι τοὺς Ἕλληνας, τελευταῖον ἀπολεῖται τὰ γένη ἐκεῖ ὄντα.* Corruptissimi scholii verba ad Salamina spectare apertum est; '*τὴν Τροιζῆνα*' verbis, falso praeposito lemmate, obtrusum esse docet locus Aristidis, quem illustrat scholium (II p. 256 D.):

---

[1]) Hoc nunc praeopto; fuit cum conieci ⟨.... *ἐστὶ δὲ πολιτικώτερον τὸ αὐθέντης*⟩ · *διὸ παρ' Ἰσ. αὐθ.*; sed reieci, quia inter Phrynichi eclogas et Suidam necessitatem intercedere non animadverti

[ad I 14 *παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας εἰς Τροιζῆνα ὑπεκθέσθαι, τοὺς δὲ πρεσβύτας εἰς Σαλαμῖνα κτἑ.* Cum autem apud Isocratem, quem quidem nos habemus, nihil eiusmodi de Salamine legatur, cogimur scholiastam deperditae orationis locum spectasse concedere, ex qua Aristides hoc loco hausit, non ex Herodoto Thucydideque inter se compilatis, id quod statuit Haas in dissertatione 'quibus fontibus Aelius Aristides in componenda declamatione, quae inscribitur *πρὸς Πλάτωνα ὑπὲρ τῶν τεττάρων*, usus sit' (Gryph. 1884) p. 42 sq.

Traditur praeterea BA. 143,9: *ἔξεστιν· δοτικῇ. Ἰσοκράτης· τούτοις ἔξεστι ζῆν ὡς αὐτοὶ βούλοιντο*, quae inter Isocratea referre non dubitarem, nisi verba Aeschinis (I 34) *ἵν' ἐξῇ (f: πράττειν* add. *abmd) αὐτοῖς ζῆν καὶ λέγειν (f: λ. καὶ ζ. abmd) ὡς αὐτοὶ βούλονται* illis ita essent consimilia, ut lexicographi locum ex iis nomine auctoris prave mutato deductum esse crederes. Neque vero difficultatem reticebo; cum enim lexicographus ex scriptoribus Atticis Thucydidem Platonem Demosthenem Isocratem Lysiam solos testes adhibeat, Aeschinem ei obtrudere periculosius videtur; at unicum etiam Lycurgi locum adfert (BA. 145,30 = Lyc. frg. 30 S.).

2. *αὑτοῦ — ἑαυτοῦ, σαυτοῦ — σεαυτοῦ. — ν ἐφελκυστικόν.*

(ad I 14, p. 15).

Duae sunt res quae disputatione egent: tertia persona primae et alterius vices gerens et formarum *αὑτοῦ* aut *ἑαυτοῦ* usus Isocrateus.

Atque in libris *αὑτοῦ* = *ἐμαυτοῦ* legitur V 129; contra XIX 23 ex Prisciano tertia persona recte pro codicum interpolatione *ἐμαυτοῦ* restitutum est. — *σαυτοῦ* in tertiam reducitur I 21 (bis) II 14. 24. 38 V 149 XI 47 [ep. 2,3]; et quia non tam facile I 14 *σεαυτοῦ* in *ἑαυτοῦ* quam *ἑαυτοῦ* in *σεαυτοῦ* transire solet, Stobaei lectionem (*ἑαυτοῦ*) praeferrem, ni hoc ipsum Isocratis usui parum responderet, cui spreta alterius personae forma concedendum '*αὑτοῦ*' (cf. p. 112 ann. 3); idque oratori restituerim, praesertim cum primae et alterius personae pronomen reflexivum attributi locum tenens libentius in tertiam mutaretur. — Praeivit autem hac in re Schneiderus (ad I 14), qui virorum doctorum studia huc pertinentia congessit et indicavit, ex quibus perspicitur morem hunc dicendi usque ad quintum post Chr. n. saeculum a viris literatis observatum esse; addo autem priorum copiis Choric. p. 141. 143 Boiss.; Theophilo (c. Autol. I 8) recte Otto ex *Veneto*

[ad I 14 ἑαυτὸν (pro σαυτὸν vulgatae) reddidit.[1]) — E tragicis Aeschylus ἐμαυτοῦ nisi in Prometheo (-τὸν 440 -τὴν 746) non habet; contra αὑτοῦ Choe. 213 et αὑτᾶς Suppl. 770 primae personae locum tenent; apud Sophoclem tertia = prima: Ai. 1132. OR. 138. OC. 966. El. 285; ex Euripide nullum habeo exemplum. Alteri tertia substituitur: Aesch. Ag. 1095. 1251. Choe. 104. Soph. OC. 853. 930. Trach. 451. Euripides αὑτῆς = σαυτῆς in cantico Alcestidis 461 ex Erfurdtii metro probata coniectura nunc habet, ubi ἑαυτῆς solus *Palatinus B*, σαυτῆς (-ᾶς) ceteri praebent.

In plurali numero αὑτῶν = ἡμῶν αὐτῶν Isocrates habet XI 20 XIV 48 (ex Corais recta coniectura); item Aesch. Sept. 177. frg. 135,4, Sophocles nusquam, Euripides Bacch. 723. Heracl. 143. Contra αὑτῶν pro altera persona nusquam legi; unicus qui mihi innotuit locus Isocr. III 56 ex *Γ* in ὑμῖν αὐτοῖς rescriptus est, cum antea ἑαυτοῖς ex ς ederetur. — De comicis Aristophanes veterisque quae vocatur comoediae auctores omnes hoc usu abstinuisse videntur; unus autem ille locus Aristophaneus, quem regulam infirmare crederes, eam confirmat; etenim in 'avibus' fabula (808) αὑτῶν pro ἡμῶν αὐτῶν legitur; at haec verba ex Aeschyli Myrmidonibus (frg. 135,4) deprompta sunt; contra mediae et recentis comoediae exempla quamvis rara extant, quae Jacob (ind. dict. comicae I p. 229 et 329) collegit. αὑτῶν pro ἀλλήλων usurpari tam notum est, ut exempla afferre supersedeam. Tamen unum moneo, quia est ex et titulo CIA. II 1, 332, 10 (ἑαυτοὺς = ἀλλήλους) et propterea commemoratione dignum, quod alterum in inscriptionibus tertiae personae pronominis ceterarum vicibus fungentis non inveni.[2]) Cuius loci in proximis verbis cum ἀλλήλων legatur, moneor ut Isocratem eadem ratione sermonem variasse adnotem IX 57: πλησίον ἐκείνου τε καὶ σφῶν αὐτῶν — ὑπόμνημα — τῆς φιλίας τῆς πρὸς ἀλλήλους, ubi σφῶν αὐτῶν pro αὑτῶν posuit, quia καὶ antecedit; quae etiam causa erat cur ἀλλήλων respueret; item X 53 πρὸς μὲν γὰρ ἐκεί-

---

[1]) Neque vero scio an idem Tatiano Assyrio (or. ad Graec. p. 82 Otto) verum non restituerit, cum τίνος δὲ χάριν οὐ τῷ δυνατωτέρῳ προσέρχῃ, θεραπεύεις δὲ μᾶλλον αὐτόν ....; ederet, αὐτὸν pro σὲ dici posse ratus collatis Homeri locis ζ 27 ξ 389, quos vere quadrare omnino nego; at Homerica dictio nihil in horum scriptorum libris probat; itaque, cum αὐτὸν pro ἑαυτὸν nusquam in Tatiani libris deprehendatur, aut σεαυτὸν ex Frisii codice fortasse coniectura emendato recipiendum, aut, ut et peculiaris Graecus mos et ansa corruptelae in lectionem inferatur, scribendum: θεραπεύεις δὲ μᾶλλον αὐτ⟨ὸς σεαυτ⟩όν.

[2]) Hic ex paucissimis locis est, quos ego et ipse pronomina e titulis congerens desideravi in Schmollingii commentatione 'über den Gebrauch einiger Pronomina auf attischen Inschriften (Stettin 1882 Prg. d. Marienstifts-Gymn.)', quae laude quam G. Meyer ei impertiit prorsus digna est.

[ad I 14 *νους μετ᾽ ἀλλήλων ἐμαχέσαντο, περὶ δὲ ταύτης πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ἐπολέμησαν*; at imitator habet [Luc.] Char. 18: *ἐν ἐκείνῳ* (sc. *πολέμῳ*) *μὲν γὰρ μετ᾽ ἀλλήλων, ἐνταῦθα δὲ ἐμάχοντο πρὸς ἀλλήλους*; cf. VI 67.

Iam transeamus ad diversitates formarum *αὑτοῦ* et *ἑαυτοῦ*. Isocratem, nisi tertia persona pro altera usus sit, utique '*αὑτοῦ* etc.' dicere dudum Dindorfius (ed. Paneg. p. 1 ad v. 4) et Benselerus (ad Areop. p. 249) demonstraverunt; itaque XVII 17, ubi etiam nunc *ἄλλοθ᾽ ἑαυτῷ* legitur, *αὑτῷ* scripserim; neque enim apud nostrum elisione adhibita formis trisyllabis largius locus conceditur, id quod apud tragicos factum esse tabulis quas propositurus sum apparet.[1]) Quanquam autem novissime Martinus (le manuscrit etc. p. 25 sq.) ex *Γ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς* IV 1 *τοῖς ἑαυτῶν ἀχρήστως* IV 41 *ταῖς ἑαυτῶν συμφοραῖς* IV 56 *τὰς ἑαυτῶν πόλεις* IV 133 protulit neque ipse dubito, quin etiam ex ceteris orationibus formae trisyllabae possint accedere, tamen illam regulam de usu formae *αὑτοῦ* infirmari iis non credo[2]); quid enim pauculi isti loci contra quadringenta sexaginta novem exempla, quae mihi adnotavi? Urgeo autem propterea hanc numerorum rationem, ne quis *Γ* plerumque ex grammatici cuiusdam doctrina bisyllabum exhibere pronomen dicat et ut hunc usum ad ipsum Isocratem redire demonstrem copiis tragicorum usus. Atticorum enim poetarum versus inscriptionumque auctoritas sola nobis certi aliquid praebere possunt in re scribarum libidini ut alia nulla obnoxia et ne papyris Hyperideis quidem ut videtur fideliter tradita. Ex tragicis igitur exempla haec collegi et disposui adiunxique illis formarum *σαυτοῦ* et *σεαυτοῦ* indices, quia quaestio de tertiae personae forma ab ea, quae est de alterius, avelli nequit.

---

[1]) Cf. titulum quem attuli p. 112.

[2]) Nec magis me movet quod papyrus Massil. formas *ἑαυτῶν* praebet col. ϛ′ 7. 11 (II 11), cum ceteroquin *αὑτοῦ κτέ.* adhibeat; *σεαυτου* exhibet *παρασκευαζε σεαυτον* ζ′ 16 (§ 13), *αρχε σεαυτου ιέ* 17 (§ 29) *εθιζε σεαυτον ιϛ′* 8 (§ 29) et *αυτος υπο σεαυτου παρακληθεις* ζ′ 23 (§ 14) *την σεαυτου φρονησιν ιά* 4 (§ 21)

[ad I 14

Aeschylus. [1]

	ἑαυτοῦ	αὑτοῦ	σεαυτοῦ	σαυτοῦ
Persae		*413*		
Septem		*49. 177.* 389. 526. *734. *906 (bis).		
Agamemno		800. 1036. *1095. 1251. 1339. 1342. *1371. 1504. ⟨*1531.⟩ 1556		
Choephorae		104. 213	916	221
Eumenides				
Supplices		*770		
Prometheus	παρ' ἑαυτῷ 189 ἀμφ' ἑαυτῆς 700 καθ' ἑαυτὸν 888	760. 920. 1012	378. 476	68. 313. 340. 348. 510. 706. 774. 964
Fragmenta		*135,4.* 297,1. 6 [2])		

Sophocles.

	ἑαυτοῦ	αὑτοῦ	σεαυτοῦ	σαυτοῦ
Aiax		906. [967. 968.] 1099. 1132. 1366		482. 1174
Oedipus rex	εἰς ἑαυτὸν 706 ῥιψῶν ἑαυτὸν 1290	63. 138. 228. 234. 457. 612. *675.* 1237. 1270	312. 707 [1])	583. 1060
Oedipus Coloneus		34. 308. 309. 660. 853. 930. 966. 984. 1182. 1356. 1396	(σέ τ' αὐτὸν 1417)	405. 463. 801. 961. [1394]
Antigona		*145.182.646.696. 1177. 1235. 1315	444. 547. 553	568. 574. 705
Electra		285. 572. 803. 966	1055	344. 581. 678. 880. 974. 988
Trachiniae	ῥιπτῶν ἑαυτὸν 790 κρύψασ' ἑαυτὴν 903	42. 151. [2]) 245. 255. [3]) 451. 677. 881. 891. 910. 924. 1132	1117	320. 733
Philoctetes	κτείνειν ἑαυτόν 1342	902	84. 577	553. 752. 772. 773. 886. 950. 968. 1008
Fragmenta		100,2. 323,2. 736,7. 786,7. 846,2. 871,3 [4])		

Ad Aeschylum. [1]) Versus stellulis significati non sunt trimetri iambici. [2]) Omisi ex fragmento spurio 452,2 αὑτῷ.

	ἑαυτοῦ	αὑτοῦ	σεαυτοῦ	σαυτοῦ
Alcestis		*85. 188. *461		250. 685. 703. 788
Andromacha		948		648. 717. 1077. 1275
Bacchae		*723*		
Hecuba		618		1183. 1230. 1246
Helena		1518		1286
Electra		1082. 1267		405
Heraclidae		5. 22. *143*. 493. 814	635 [1])	
Hercules	τόξ' ἑαυτοῦ 970	507. 961		
Supplices		364. 432. 482		
Hippolytus	κτανεῖν ἑαυτὸν 978	396		
Iphig. Aul.		811. 1104		
„ Taur.				1003
Io		70. 370. 610. 965. 990. 1176. 1532. 1535. 1536		*525. *532. 727. 1603
Cyclops		338		
Medea		17. 31. 86. *202. 463		51. 273. 610
Orestes		576		1617
Troades		*301*. 642. *693*. 724. 940		1031. 1284
Phoenissae		61. 472. 763. 966. 1418		1636. 1658
Fragmenta	*597,3 [5])	108,2. 183,3. 213. 557,1. *611,3*. 635,1. 690,2. *738,2*. 794,4. 879,3. 897. 926,5. *738,2*. 1004,2. 1028. — 854. [3]) *913,2*. [4]) 1107 [2])	364,8. 694,2 [6])	143,4. [7]) 174,1. [8]) 866,2. 955,4

Ad Sophoclem. [1]) *Laur.* A a prima habet ἀφεὶς ἑαυτὸν; sed editoribus σεαυτὸν exhibentibus adsentior, et quia forma ἑαυτοῦ κτέ. rarissima apud Sophoclem est et quia litera *C* intercidere facillime potuit in vicinitate literarum lunatarum -ειοσε-. — [2]) Omisi locum Trach. 145, qui mihi ne a Blaydesio quidem, cuius nunc Nauckius coniecturam probat, sanatus esse videtur; nam de aestu sine dubio potest dici κλονεῖν, nec vero de frigore Ego mendum in sola voce αὑτοῦ vel αὐτοῦ — in *Laur.* enim est αὑτοῦ — latere credo. Et cum Hermannum (ad h. l.) de χωροῖσι verum docuisse iudicem, sententia autem non claudicante ante καὶ nihil possit addi nisi adverbium, quo βόσκεται illud aliquatenus accuratius

[ad I 14 Ex ceteris tragicis mihi notavi: αὑτοῦ Ion. fr. 61 (corr. Nauck: αὐτ. libri); Dionys. fr. 11 (p. 618 N.); Pytho fr. 1,4 (p. 630). — adesp. fr. 50 (ubi Schol. Arist. sqq. 437 ἑαυτοῦ contra metrum); 136,2 (ci. N.: αὐτ. libri); 299,1; 479 (ἑαυτ. libri contra metrum). 136,2 (corr. N.: αὐτ. libri); 298,1; 479,2 (ἑαυτ. libri contra metrum?). Contra ἑαυτοῦ est in fragmento, quod libri Menandro, Nauckius (p. 602) Dicaeogeni (fr. 3,3) tribuunt; itemque αὐτὴ δ' ἑαυτὴν ἆθλα τῶν πόνων ἔχει fr. adesp. 89,3 legitur; at αὐτὸς ἑαυτοῦ a tragicis in senariis dici non credo, cum ne comoedi quidem, nisi in anapaestis aut aliis artificiosioribus metris saepius ita dicant (cf. Arist. nubb. 407, 980; Dionys. Com. Gr. III 548 Mein.; Lynceus ibid. IV 433); licetne igitur conicere mendum latere? — σαυτοῦ etc. extat Ion. fr. 55,1; fr. adesp. 146; 474; etiam 346,2, quem locum Meinekius etiam inter comicorum fragmenta habet (IV 676). — σεαυτὸν legitur fr. adesp. 256 (redit Men. mon. 310).

---

definiatur, pro αὐτοῦ propono scribendum esse γαληνῶς, ita ut hic iam imago, in insequentibus magis etiam exculta, adumbretur: τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖσδε βόσκεται χωροῖς γαληνῶς καί νιν οὐ θάλπος θεοῦ οὐδ' ὄμβρος οὐδὲ πνευμάτων οὐδὲν κλονεῖ. — [3]) Trach. 384 (ὃς ἀσκεῖ μὴ πρέποντ' αὑτῷ κακὰ) libenter H. Stephani πρέπονθ' αὑτῷ reciperem, nisi totus locus mihi corruptior videretur, quam ut de unius vocis medela cogitare auderem. — [4]) Expunxi Soph. frg. 920 N. (A. B. 467,28) αὐτὸν Σοφοκλῆς ἀντὶ τοῦ ἐμαυτὸν; videtur enim ad O. C. 966 referendum esse.

Ad Euripidem. [1]) In dubitationem voco verba; unicum enim hoc ἔπαιρέ νυν σεαυτὸν aliud est quam quod dicit (ἔπαιρε σαυτήν) Alc. 250, Andr. 717 (-τὸν) 1077 Ion 727; cf. Soph. Phil. 886 et Aristoph. vesp. 996. Lys. 937; cum igitur hanc esse formulam appareat, versus Euripideus vel in νυνὶ δ' ἔπαιρε σαυτόν, ὄρθωσον κάρα vel in simile quid rescribendus videtur. — [2]) Frg. 1107 (= A. B. 378,13) ἀλλήλων ἀντὶ τοῦ ἑαυτῶν. οὕτως Εὐριπίδης (i. e. ἑαυτῶν ἀντὶ τοῦ ἀλλήλων) conieci αὑτῶν fuisse, ut insolens forma removeretur. — [3]) Frg. 854 Nauckius e Meinekii coniectura οὑθούνεκα / [αὐτὸς] ἐν ἑαυτῷ πάντα συλλαβὼν ἔχει dedit, cum traditum sit: ὅθ' οὕνεκ' ἐν αὐτῷ π. σ. ἔχ. Ego adscito Hermippi comici fragmento 4 K., ad quod novissimus editor nostrum Euripidis locum adscribere debuit: 'ἐντὸς δ' ἔχων περιέρχεται κυκλῷ τὰ πάντ' ἐν αὑτῷ', loco medelam me allaturum esse speravi, at parum profeci; fortasse corruptela per similitudinem nata verborum ἐνιαυτ(ός) et ἐν αὐτ(ῷ); ceterum cf. de Wilamowitz-Moellendorff, *Coniectanea* p. 18 (ind. schol. Gotting. 1884). — [4]) Multo meliorem Meinekii σμικραῖσιν αὑτοὺς coniecturam esse quam quod Nauckius recepit Porsono auctore σμικραῖς ἑαυτοὺς nunc vix est quod moneam. — [5]) Omisi ex fragmento spurio 1117,35 χρόνῳ δ' ἑαυτήν, et versum ut ceteri Weiliani fragmenti Euripidem auctorem titulo falso sibi vindicantem [un papyre inedit, Paris 1879 p. 4 v. 12] περὶ τῶν γ' ἑαυτῆς πραγμάτων ἴσως φρονεῖ. — [6]) Recte Nauckius frg. 918 Eupolidi dedit eiusque inter fragmenta Kockius edidit (frg. 455): κρημνὴ σεαυτὴν ἐκ μέσης ἀντηρίδος. — [7]) νόμιζε σαυτὸν ex Stob. *A.* editur, cum *Matr. Vind. Voss.* habeant νόμιζε αὐτὸν i. e. νόμιζ' ἑαυτὸν, quod recipiendum: nam versus Euripidis non esse videtur; iam Musgravius a tribus

[ad I 14 Converto me ad comoedos quorum usum nemo indicibus inspectis ea re a tragicorum dictione multum distare non videbit, quod formae trisyllabae frequentius ibi deprehenduntur.

Aristophanis locos in tabellam redegi hanc:

Aristophanes. [1]

	ἑαυτοῦ	αὑτοῦ	σεαυτοῦ	σαυτοῦ
Acharnenses		961. *1017	1019	
Equites	*καθ' ἑαυτόν 513 [2] *αὑτὸν ἑαυτῷ 544 αὑτὸς δ' ἑαυτῷ 1223	1284	126. 348. 714. *756. *869	183. 184. 739. *809
Nubes	*αὑτὸς ἑαυτὸν 407 *εἰς ἑαυτὸν 585 *αὑτὸς ἑαυτὸν 980	145. 194. 233. 350. 401. *515. 544. 905. 1214	*436. 695. 1263. *1449. 1455	25. 88. 242. 385. 478. *700. 762. 796. 842. *889. 960. 994. 1296. *1433. 1454. 1475
Vespae	*μεθ' ἑαυτοῦ 692 *καθ' ἑαυτόν 1021 *παιδίχ' ἑαυτοῦ 1026 *τοῖσιν ἑαυτοῦ παισὶ 1533	76. 130. 397. 564. 642. *743. 804	*286. 778. 1130. 1198. 1213. 1529	*196.* 355. *380. *388. *393. *598. *668. 996. *1493
Pax	τίλλονθ' ἑαυτόν 546	67. 735. 884. *1184	63. *656	19. 32. *159. 707. 708. 828. 987. 1109. *1300
Aves	*παρ' ἑαυτῶν 608	475. 808. [3] 1443		*360. 666. 1020. 1367. 1642
Lysistrata	*πιλοῦντας ἑαυτοὺς 577 *εἰς ἑαυτῶν 1070	1186	*386	132. *372. [4] *468. *506. 712. 937
Thesmophoriazusae	*θάμ' ἑαυτῷ 952	15. 585	235	211. 213. 234. 249. *564. 1062
Ranae	*τίλλειν ἑαυτοῦ 424 τῶν ἑαυτοῦ συντέχνων 763 τὴν ἑαυτοῦ μητέρα 1194 *τοῖς ἑαυτοῦ συγγενέσι 1488	*535. *1042. 1195. 1429 [5]	*594. 630. 853	122. 133. *386. *947
Ecclesiazusae	βινεῖν ἑαυτάς 468	226. 402. *635. *637. *647	*486	*294. 406. *481. *499. 535. *917
Plutus	*παρ' ἑαυτῷ 589	*510. *524. 692. 741. 1165	390	56. 631. 1106. 1134
Fragmenta		77. 253,2. 321,2		299,3. 590,1

prior ibus eum secrevit. — [3]) Melius fortasse omisissem numerum; nam Euripidi eripiunt versus.

Ad Aristophanem. [1]) Fragmenta veteris comoediae numeris Kockianis, med iae et recentis Meinekianis insignivi. — [2]) v. 504 del. G. Hermannus, ubi est

[ad I' 14] αὑτοῦ Crates 14,2. Pherecr. 13,6. Hermipp. 4,2. Plat. 187,2. Alcaeus 23 (?). Nicochares 2,2 (p. 770).

σαυτοῦ Crates 14,6.7. Pherecr. 5,1. 93,1. Phryn. 58,2. Strattis 24,2.

ἑαυτοῦ Plat. 153,2. Nicopho 13,4 (p. 777).

σεαυτοῦ Crates 14,10. (in tetram. iamb.); Eupol. 158,2. (in tetr. iamb.); 455 (cf. not. 6 ad tabulam Euripideam).

Mediae et recentis comoediae scriptorum exempla singula afferere opus non est. cum Jacobi indice ea exhibeantur. Sat habeo monuisse me 84 locis αὑτοῦ, 35 ἑαυτοῦ et 39 σαυτοῦ, 16 σεαυτοῦ legisse. — Ex his numeris quod perspicitur, Isocratem in formarum bisyllabarum usu ad tragicorum consuetudinem se applicasse, id firmissima fulcra assumit ex titulis inspectis. Etenim Corporis Inscriptionum Atticarum volumen primum et alterius pars prior mihi centies quinquagies quinquies trisyllabas formas (ἑαυτοῦ) enotandas praebuerunt (locos habet Schmolling l. l.), cum servent bisyllabae exempla haec: I 28,14. ([αὑ]τοῦ); II 1, 112,16. 143,9. 212,5. 249,21. 471,59. 478,28. 621,7. 624, 26.27. in addendis 352^b 12 (omisi: in add. 324^b 3 αὑ[τ]ῷ propter spiritus pravum hoc in titulo obvium usum, Schmolling l. l. p. 4). His addenda sunt exempla, quae in secundo volumine alterius Corporis Inscriptionum Atticarum partis nuper edito reperiuntur quaeque propterea singillatim excribenda mihi videbantur, quod illorum Schmolling rationem habere nondum potuit. Extat autem in volumine illo forma

ἑ α υ τ ο ῦ formaeque ceterae ab illa ductae hisce locis fungentes vicibus

reflexivi pronominis: (CIA. II 2,) 728 *A* 8 ἐφ' ἑαυτῶν; 766,6 ὑπὲρ ἑα⟨υ⟩τοῦ (? *ita Kumanudes*); 835 *d* 16 ὑπὲρ ἑαυτοῦ; ib. *i* 74 ἐφ' ἑαυτοῦ; 841,3 ὑπέρ τε ἑαυτ[οῖ] καὶ . . .; 842,17 ϑύ?]ειν ἑαυτεῖ; 984, 4. 6. 10. 17. 19. 21. 23. 25. 26. 33. ὑπὲρ ἑαυτοῦ; ib. v. 14. 38. 42. ὑπὲρ ἑαυτ[οῦ]; ib. v. 29. 32. 34 . . . ἑαυ]τοῦ; ib. v. 4. 26. 33 [ἑα]υ[τοῦ]; 987 *A* 2 φιλοτιμ[ί]ας ἕνεκεν τῆς εἰς ἑαυτοὺς.

possessivi pronominis: (CIA II 2,) 842,11 κτη?]μάτων τῶν ἑαυτῆς; 874,14 οἱ πρυτά[νεις τὸν] ‖ [15] ἑατῶν . . . (?); 1059,6 τὰ ἑαυτοῦ; 1060,9 τὴ[ν .]νναίαν . . . ἑαυτῶν εἶναι; 834^b (*in addendis*) col. II 8 ὥ[σ]τε αὑτὸν ἑαυτῷ ξύλα [π]αρέ[χ]ειν.

α ὑ τ ο ῦ formaeque ceterae ab hac radice ductae fungentes vicibus

reflexivi pronominis: (CIA II 2,) 804 *Aa* 55, *b* 12. 807 *b* 20. 808 *c* 51. 809 *d* 178. 187. τὸ καϑ' αὑτὸν; 808 *c* 41

καϑ' ἑαυτούς. — [3]) Versus est ex Aeschyli Myrmidonibus (fr. 135,4 N.) cf. p. 105. — [4]) Versum Wilamowitzius sanum non putat statuitque delendum esse σύ, ita ut ithyphallicus clausulae vicibus fungatur (χλιανεῖς σεαυτόν). — [5]) Versus ex Euripidis fabula ignota petitus est (fr. 879,3 N.).

[ad I 14 τὸ κα[θ' αὑ]τόν; 807 *b* 14 τὸ καθ' αὑτούς; 835 *d* 34. 39. *i* 47 ὑπὲρ αὑτῆς; 975 V 11 Χαιρίων Αὑτοῦ καταψευδομέ[νῳ (*ex didascaliis comicis*); 834ᵇ col. I 9 λίθους αὑτῶι παρ[εχ]-ο[μέν]ωι πρὸ[ς] τῶι ἔργωι.[1]) ib. col. II v. 51 ἐφ' ᾧ τε ξύλα αὐτὸς[2]) αὑτῷ παρέχειν. —

possessivi pronominis vicibus fungi formas bisyllabas non legi.

Trisyllabarum igitur exempla triginta unum, bisyllabarum quattuordecim efficiuntur, ita ut subducta ratiuncula formarum a radice ἑαυτ- ductarum centies octogies sexies, vicies quater a radice αὑτ- derivatarum inveniantur. Nuperrime autem D. Philios in Ἐφημερ. ἀρχαιολ. III (1883) 133 titulum Eleusinium edidit insignem, et quia utramque formam paucis verbis interiectis exhibet, et quia egregie convenit observationi quam supra (p. 106) de licentia in adhibendis formis trisyllabis a scaenicis sibi concessa protulimus: αὐτός τε αὑτὸν ἔταξ||[5]εν Ἐλευσῖνάδε καὶ τοὺς στρατιώτ||[6]ας τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ κτέ.[3])

Sed ut dubium utrius usum Isocrates orator secutus sit, esse nequit, ita quid ipsi Attici dixerint nescio; nam si titulos respicio comoediamque ad eorum usum propius accedere video, ἑαυτοῦ Atheniensibus reddendum esse mihi persuaserim: sin tragoedias adeo reminiscorque nos adhuc nullos fere nisi publicos titulos adhibuisse neque fieri nequire, ut privatis adhibitis etiam bisyllabae frequentiores fuisse videantur[4]), et

---

[1]) Ita nunc etiam Tsuntas (Ἐφ. ἀρχ. l. c. 194); in tabula fasciculo adiecta (πιν. 9) aegre tantum dignoscuntur vestigia literarum . . ο . . ωιπρο.

[2]) αὐτὸν αὑτῷ ci. Tsuntas (Ἐφημερ. ἀρχαιολ. III [1883] 132), probabiliter lapicidae errorem corrigens.

[3]) Nolo quaerere, quae sit formarum αὑτοῦ et ἑαυτοῦ origo utrave sit rectius formata, quia non invenio Atticos alteram alteri praetulisse; G. Meyerum (Gr. Gr. p. 344 sq.) de formis Herodoteis verum vidisse credo, de Atticis nego. — Notandum est tragicos formas σεαυτοῦ κτέ. nisi in enuntiatis imperativis usos non esse: quorum consuetudinem in Isocrate recensendo sequi ea re iubemur, quod orator iisdem in tertiae personae pronominibus se applicavit. — Quamobrem si Isocratis esset Demonicea sine dubio § 14 et 34 σαυτὸν restituerem atque § 16 σαυτῷ e Stob*AB*corr. reciperem (cum § 15. 23. 25 fortasse ferri posset σεαυτόν): nunc verisimilius duco tradita retinere, cum imitator quamvis ceteroquin accurate exemplum exprimens facile tales minutias neglexisse credendus sit. Genuinis Isocratis orationibus editores iam formas σεαυτοῦ κτέ. eripuerunt. Ratione autem progredientes quocunque loco ἑαυτοῦ κτέ. pro σεαυτοῦ κτέ. positae non imperativis coniunctae sunt restituemus αὑτοῦ κτέ.; rescripsi igitur II 24 πρὸς αὑτὸν (ἑαυτ. *libri* et *papyrus Massil.* col. ιγ' 9); e lege Isocratea idem legi debuit I 21; IX 47 πρὸς αὑτὸν sanum est, quia forma trisyllaba apud imperativos potest stare, non debet.

[4]) Suboritur haec suspicio respicientibus nobis formarum a radice ἑαυτ- ductarum si numeros ad centenas reduxeris, in uno volumine Corporis Inscr. Att. novissime edito inveniri 53%, formarum ab αὑτ- derivatarum 47%, cum priora duo

[ad I 14 *αὑτοῦ* et *ἑαυτοῦ* Atheniensium esse confirmaverim; utut res est, hoc disputavi, ne, si quando inscriptiones ad res privatas pertinentes cunctae collectae atque dispositae erunt, denuo quaeratur, quid hac in re spectandum sit, neu destituatur fulcro firmissimo sententia illa Isocratem tragicorum aemulum esse; cui statim novum subiciam, dico usum *ν* paragogici.

Sicut enim scaenici inter vocales, ut harum collisum vitarent, literam *ν*, quam *ἐφελκυστικόν* vocamus, inserere coacti erant, ita Isocrates, utpote qui ab illis fugam hiatus recepisset, necessario eandem istam adhibuit. Nunc autem cum ex Martini Urbinatis collatione *ν* illud a scriba huius codicis non solum ante vocales sed etiam ante consonas positum esse noverimus [1]), quaeritur qui Isocratis aut Atticorum usus fuerit. Duas partes negotii via ac ratione progressus summa cum religione et diligentia nuper I. I. Maassen absolvit commentatione ‘studiis Lipsiensibus’ (IV) inserta, cui ‘de littera *ν* Graecorum paragogica quaestiones epigraphicae’ inscriptum est; sollerter enim atque absolute titulorum usum illustravit et grammaticorum testimoniis allatis suam ipsius de origine et usu literae sententiam caute subiunxit. Reliquit igitur mihi provinciam poetarum, ex qua exempla congerens bipertitam quaestionem reddere coactus non fui, quia de *ν* in pausa orationis apud poetas quaeri vix potest, sed solum videndum est, ante quas consonas *ν* ut positionem, quae dicitur, efficiat, addatur; nec magis ii loci in censum veniunt, quibus *ν* aut addi aut omitti queat, cum in poetarum non maior quam in pedestris orationis auctorum scriptis librorum auctoritas esse possit; redit igitur res ad eos locos, quibus metrum *ν* deesse vetat, quaerendumque est num fuerint literae, ante quas $\bar{\varepsilon}$ aut $\bar{\iota}$ [2]) saepius quam ante alias cum illo *ν* deprehendantur; qua in re tractanda, cum senarios solos, quippe quibus sermo Atticus et usus fidelius quam versibus quovis alio metro vinctis servetur, respicerem, hasce tabellas composui;

---

praebeant formarum ab *ἑαυτ-* 94%, *αὑτ-* 6%. Continentur autem volumine illo inscriptiones quae ex parte non tam ipsius civitatis iussu insculptae sunt quam in privatarum congregationum usum, quae sacris aliisve vitae condicionibus coniuntae erant ultimas vero eius paginas ipsa complent ‘Iuris privati instrumenta’.

[1]) *Papyrus M* ante vocales nunquam *ν* omittit, ante consonas in medio sermone vix unquam abicit semperque habet in colorum fine: col. *α΄* 21 *πολλα εστιν τα* (II 2) *ς΄* 10 *βασιλευσιν την* (11) 12 *τιθεασιν τουτων* (ib.) 19 *πραγμασιν χρησιμην* (12) *θ΄* 2 *εστιν τον* (17) *ιδ΄* 19 *[πρα]γμασιν τοις* (27). — *δ΄* 3 *εστιν και* (6) *ε΄* 7 *ωφελησιεν· και* (8) 10 *ποιησιεν· πρωτον* (ib.) *ς΄* 2 *εστιν. και* (9) *ια΄* 13 *εστιν. δια* (21) *ιδ΄* 18 *νομιουσιν. τοιουτος* (27) *ιε΄* 1 *πραξωσιν. πιστους* (ib.) 14 *εισιν, και* (28).

[2]) Etiam formas in $\bar{\iota}$ et $\bar{\varepsilon}$ excuntes non seiunxi, quia et chartarum spatium arctius videbatur neque quicquam ex seiunctim illis propositis nos lucraturos esse instituta ratione vidi.

Aeschy-

(Ed. Kirchh.)	β	γ	δ	ϑ	ϰ	λ
Persae	*505. 762.* 810		190. 494	*512*	336. (cf. μ) 368. 425	
Septem	595	*692*	536. 553. 588	8		
Agamemno	800. 853	*1283*	*514*	249. 910. 922		1266
Choephorae						670
Eumenides	237. *265.* 720	136	622	*25*		104
Supplices	*291.* 682	472				
Prometheus	839	*38. 400.* 772	787. 241			*48*
Fragmenta	343,1					
	13	7	9	6	3	4

Sopho-

(Ed. Sch.-N.)	β	γ	δ	ϑ	ϰ	λ
Aiax	558			478. *1060*	*1243*	591
Oed. rex	427	1007	89	542	55. 218	*790. 1023*
Oed. Col.			*346.* 600. 789	10	782	
Antigona		569. 647	297. 1246		672. 1327	1061
Electra	*669*	319. 1173	1505		445. *793* 1196. 1460	1353
Trachiniae	302	475	*63*	*1163*	*567*	
Philoctetes					602. 890	
Fragmenta	*859,2*	*443*	*544.* 856,4		708	*101,3 844,4*
	5	7	10	5	14	7

[1]) Nescio an rectius ex Clemente ᾔδει recipiendum sit; sequitur enim praetertum; verba ὡς ἔρω τα non tam corrupta sunt quam una cum toto versu ab inse-

lus.

μ	ν	π	σ	τ	φ	χ	
336. *351.* *431.* 453. 476		361. *752.* 795		423. 603	298. 768		21
		25. *359.* *406.* 414. 417. 447. *475.* 679		429. 646	421		17
	329. 647	313. 1145		260. *263.* *320.* *1156.* 1186	*289.* 470	*519.* 1311	21
11. 131. *171.* 874. *904*		227. 482. *534*		86. 695			11
12. *741*		403. *639*		*478*			12
297		289. 959		*313.* *604*			8
669	232. 684	496. 659. *736.* 844		*8.* 200	612. *823*	1004	19
	54,2				*261,2*		3
14	5	24	—	16	8	3	112

cles.

μ	ν	π	σ	τ	φ	χ	
	59	49. *61.* 830. 1069. 1380		283. *1058.* 1349	483. 1125		16
614		1371. *1477*		*1032.* 1233. 1385			14
323. *1286*		*376.* 408. *454.* *1259.* *1330*	873. 1311	411. 867. 1156. *1637*	1262		19
233	*452.* 668. 717	268		219. 897. 1107			15
1371		268. *567.* 979		1219. 1375			15
10. *313*	561			46. *872.* *933.* *935*			12
536. *948* 997	1017	*623*		1241	304		9
699,3.[1]) 856,3		*19,1*		193,1. *216,2.* 829			13
12	6	18	2	23	4	—	113

quentibus ita seiungenda, ut unus vel duo versus intercidisse statuantur. Ceterum moneo v. 2. 3 interpretibus Isocr. VII 33 adscribendos esse.

	β	γ	δ	ϑ	$\varkappa$	λ
Alcestis	*534*	739. *1143*	425		*185.* 515	
Andromacha		944. 953. *971.* 1271			1233	591. 620
Bacchae		451. *468* 501. 698	369. 954	*289*	244. 773	
Hecuba		857. 1200	*494.* 509. 670. 763. 1052. 1143. 1253	998	*576.* 732. *1178*	*546*
Helena	136. *656.* 688 [1]		17. 43. 468	*1659*	133. *135.* 137	
Electra			*270.* 424. 930. [2] 1258	1141	*504.* 551. 1034	272. 350
Heraclidae		*128.* 342	745		*671*	
Hercules	*1. 1000.* 1306	285	564. 635	176	287	41
Supplices			227. [3] *752.* 1171		217. 242 1011. 1042. 1186	*673.* 854
Hippolytus	*1032.* 1415	861. *1336*	411. 478	*45.* 800	*101.* 509. 1251. *1338*	
Iph. Aul.	922	*467.* 609. 988	839. 925	82	308. 534 [4]	*70.* 1013
Iph. Taur.	1307	520. 719. 778. 945	*930*		1403	
Ion	*16*	8. *10.* *1202*	617. 1158. *1205*	*1145. 1280*	370. 1588	649

[1]) Omisi [906]. — [2]) Omisi [1103]. — [3]) Omisi [435]. — [4]) Omisi

μ	ν	π	σ	τ	φ	χ	
1082	*698*	496. 833		521. *525.* 723. 1037	547. 755		16
		171. 646		1103	*365.* 890. *996*		13
350. 770	*1286*	306. 319. 683. *1132.* *1349*	817. 936	48. 473. *825.* 1257		*1286* (cf *ν*)	24
232. 554. 603	*266. 777*	574		363. *388.* 427. *602.* 1043. 1179. 1248	804. 841. 1218		30
	103. 1210	154. 297. *868. 1620*	*1670*	286. 1422			19
		307. *1086*		352. 385. 535. 601. 1277	*336. 1012. 1281*		20
218. 279. 408. 792		29. 505	386. 715. *953*	*935*	381. 1023	220	17
306. *852*	*966*	22. 78 242. 457. *595. 1289*	600	*981. 1174.* 1396	305. *445*	*226.* 530	26
708	430	*458. 498. 777.* 1194. 1208	572	21. 1080. 1197		*500*	22
596. 966	*91.* 279	*454*		18	93		19
924. 1032 1115		826	851. *1177*	*57. 524.* 918			20
40	519	*265. 309*	*979*	*30. 548.* 748			15
		267. 416. 802. 826. 1528		1146. 1190. 1426	933. *1011*	*15*	23

[1561. 1567].

	β	γ	δ	ϑ	κ	λ
Cyclops		*229*		278	631	259
Medea			1213 1298		699. *911.* 1302. 1369	
Orestes	602	75. 1034. *1154*	60. *405.* 669	*12* 534. 566. 1137	*91*	270
Troades	690					721. 938
Phoenissae	*427.* 950	965	277. 1115. 1119. *1392.* 1650	1001	752	1140. 1166
Fragmenta	140,1. *259,1.* 399,2. 439,1. *956,1.* 1071	141,1. 275,1. 289,1. 629,1	291,3. 364,8. 411,1. 437,2. *789,51.* 812,1	*217,2.* 294,7. 448. 720,1.	221,1. 284,28. 326,4. 446,2. *534,2.* 641,2. *832,5* [6])	38,2. *284,18.* *601,2.* 701,2. 1051,1
	22	36	47	20	44	22

---

[5]) Kirchhoffius edidit *ἐν σέλμασι νεώς ἐστιν ἢ φέρεις σύ νιν;* praetuli *ἐν σέλ-*

[1117,4.25].

μ	ν	π	σ	τ	φ	χ	
	144 [5])	137. 276. *392*		*417*			9
		1359		331. 342. 566. 1040	77. 1038. *1295*	*898*	15
	395		*1589.* 1592	*64. 128. 1135.* 1647	950. 1272		22
658		3. 390. 440	411. *625.* 1270	1176	*408*		12
397. 905		279. *413.* 726. 733. 1105. 1468	453. *1408*	390. 502	407		25
526,1	205,2. 728,2. 1056,1	21,7. *355.* 362,26. 368,2. 571,3. *724,4.* 759,3. *1020,1.* 1050. *1067,2*		288,1. 332,8. 333,2. 334,3. 385,10. 529,3. 582,6. 604. 637,6 [7])	263,2. 334,3 (cf. τ) 496,5	412. 797,2	60
23	16	61	18	61	28	9	407

μασιν νεώς κτέ. cum synicesi vocalium *εω*. — [6]) Omisi [1117,32]. — [7]) Omisi

[ad I 14

Aristophanes.

	β	γ	δ	ϑ	$\varkappa$	λ	μ	ν	π	σ	τ	φ	χ	
Acharn.							189		1089		*613*	*98.* 729		5
Equites			93. 1005				1366		38	1210		36		6
Nubes			100. 873. 1237. 1339	127		140	254		96. 97. 833. 1139	*753*	*74*	877	199	15
Vespae		67. *1429*	134	1220	*22.* 841	*1308*	28				55. 1500. *1513*	*812*		12
Pax		1254	481. *1262*	432	*133*		*6.* 445		*835*		*249. 694*	52		11
Aves		1028. 1525	1029	848. 1236	1607	652. 1682		1353	661. 1535. 1600		1599			13
Lysistrata		405			883. 919	73	*952*	10	836		162			8
Thesmophoriazusae				391	75. 394. *399*	408	*446*		764		31. 66. *341.* 450. *512. 1217*			13
Ranae		1175. *1196*		163. 1199					154					5
Ecclesiazusae		*792*		1114	47	*337. 429*			*330*	256	*368*			8
Plutus		*1142*	340		917		*238.* 484. *989. 1014*		*169. 994*	11	*90. 334. 365.* 379. *747. 832*			16
Fragmenta		278,1. 452,2	388,1				324,2				137. 635			6
	—	12	12	9	11	8	13	2	16	4	24	6	1	118

[1]) Locus est corruptus; Kockii invento parum lucramur.

[ad I 14 Ex vetere comoedia accedunt 1 β κ λ μ π φ; 2 σ τ χ; 3 δ; quos locos singillatim non magis enumerabo quam exempla ex media ac recenti petita:

β	γ	δ	ϑ	κ	λ	μ	ν	π	σ	τ[1])	φ	χ	
3	8	25	3	18	3	14	5	11	5	43	3	6	efficiuntur 147.

Numeros si ad centesimarum rationem reducimus, hoc computamus:

Aeschylus: 4308 senarii, 112 ν: 2,6 %.[2])
Sophocles: 7568 senarii, 113 ν: 1,5 %.
Euripides: 17825 senarii, 407 ν: 2,3 %.
Aristophanes: 8918 senarii, 118 ν: 1,3 %.

Quae rationes docent cautionem in addendo ν adhibendam esse.

	Dentales	Guttur.	Labial.	Mutae		Ceterae literae	
	Numeri			summa	%	summa	%
Aeschylus	33	13	45	91	81,2	21	18,8
Sophocles	40	21	27	88	77,8	25	22,2
Euripides	130	89	111	330	80,9	78	19,1
Arist. et vet. com.	48	27	25	100	75,2	33	24,8
Com. med. et rec.	71	32	17	120	81,6	27	18,4
	322	182	225	729	79,34	184	20,66

Hisce oppono Maasseni (l. c. p. 60) tabellam formarum in -ῑν exeuntium, in qua numeros ad centesimas revocatos uncis inclusit:

Tituli usque ad annum	Litera paragogica ante					
	gutturales		labiales		dentales	
	addita	omissa	addita	omissa	addita	omissa
403 ante Chr.	6 (46,2)	7 (53,8)	5 (27,8)	13 (72,2)	7 (21,2)	26 (78,8)
336 ante Chr.	11 (78,6)	3 (21,4)	6 (60)	4 (40)	7 (33,3)	14 (66,7)
1 post Chr.	3	1?	8	2	8	1?

[1]) Secutus sum Meineckii coniecturam qui Menandro (FCG. IV 185) egregie ἡ φύσις μία / τούτων, τὸ δ' οἰκεῖον συνίστησιν τρόπος reddidit, cum libri pro novissima voce habeant βίος; sententia est celeberrima; cf. Eur. Or. 804 sqq.: κτᾶσθ' ἑταίρους, μὴ τὸ συγγενὲς μόνον· / ὡς ἀνὴρ ὅστις τρόποισι συντακῇ, θυραῖος ὤν, / μυρίων κρείσσων ὁμαίμων ἀνδρὶ κεκτῆσθαι φίλος, [Isocr.] I 10: ἡγεῖτο γὰρ εἶναι πρὸς ἑταιρίαν πολλῷ κρείττω φύσιν νόμου καὶ τρόπον γένους καὶ προαίρεσιν ἀνάγκης, Thuc. III 10,1 εἰδότες οὔτε φιλίαν ἰδιώταις βέβαιον γιγνομένην οὔτε κοινωνίαν πόλεσιν ἐς οὐδὲν εἰ μὴ μετ' ἀρετῆς δοκούσης ἐς ἀλλήλους γίγνοιντο καὶ τἆλλα ὁμοιότροποι εἶεν.

[2]) Tragicorum senariorum dinumerationem Christio (Metrik[2] p. 323) debeo,

[ad I 14 Sed cum eidem viro docto ex hisce effici posse videatur: 'omnium facillime gutturales ferunt litteram ν, paulo rarius labiales admittunt, omnium vero maxime eam respuunt dentales', nos iudicamus casu fugam dentalium literae ν in titulis observari. Etenim scaenici tam saepe eam ante δ ϑ τ habent, ut ex centum exemplis hae literae 44 occupent, cum labiales 31, gutturales 25 exhibeant; accedit, quod si Maassenum imitatus solas formas in -ιν exeuntes [1]) respicis, ex Aeschyli Sophoclis Euripidis Aristophanisque relliquiis hanc tabellam conficere tibi licet, quae viri illius doctissimi rationibus prorsus contrarium doceat:

gutturales.	labiales.	dentales.
104 : 70,7 %	130 : 63,4 %	175 : 72,3 %.

Eo autem magis casu nos falli ducere cogimur, quo accuratius perspicimus etiam rationem ex poetarum scriptis institutam speciosam quidem, sed nihil probantem esse: recogitandum enim est a dentalibus ea vocabula Graeca incipere, quae in sermone cottidiano saepissime necessario adhibebantur: dico articuli et pronominis demonstrativi casus obliquos, pronomen interrogativum *(τίς)* et indefinitum *(τὶς)*, particulas creberrimas *δέ δή τὲ τοὶ τοίνυν*.

Novimus titulorum novimusque scaenicorum usum, qui in adhibenda litera paragogica observari potest, neque tamen regulam ex iis quae perlustravimus componere nobis licuit. Quid igitur dicemus? Eos qui autumnent nos non iam posse expiscari qua ex ratione Attici literam illam usurparint, ex laudanda nesciendi arte perniciosam negandi facere; hoc enim et tituli et poetae demonstrant: Athenienses in sermonis tenore pro lubitu et magis sentientes aptum literae usum quam scientes modo addidisse hanc modo omisisse; quae progrediente tempore in hominum delicias adeo abiit, ut rarissime non poneretur. — Quae cum ita sint, recensentibus nobis Isocratis orationes Urbinatis auctoritatem hac quoque in re rectam iustamque viam praeire ipse videbis, si noveris eum omittere ν media in oratione hisce Panegyrici locis (paginae sunt Blassianae): 43,23. 44,30. 45,11. 25. 46,5. 48,29. 51,16. 56,22. 24. 27. 60,17. 62,7. 26. 64,24. 66,4. 67,25. 71,13. 75,16. 22. 76,23. 79.24. — Addita contra legitur: 43,2. 4. 46,3. 47,23. 24. 29. 50,31. 51,10. 53,18. 27. 55,27. 58,10. 59,8. 60,10. 64,1. 69,12. 21. 71,3. 72,10. 73,28. 30. 74,125. 75,8. 78,4. 5. 29. 79,7. 80,17. 86,5. [2]) Sed quid de ν in pausa

---

qui ex Mülleri libro 'de pedibus solutis in dialogorum senariis Aeschyli etc.' hausit; Aristophaneam ipse paravi.

[1]) Numeros formarum quae in -ιν exeunt in tabulis nostris imprimendos curavi literis r e c t i s; *inclinati* sunt formarum in -ιν terminatarum.

[2]) ν in ἔστι ὥστε om. Γ p. 51,24; hoc unico loco sine dubio scribae errore. —

[ad 14. 15 orationis statuamus? Urbinas exceptis locis 42,2. 43,24. 44,2. 52,7 (bis); 61,27. 78,23 semper addit, neque deest ν in titulis olympiade CXI. recentioribus, cum in iis, qui archonte Euclide sunt antiquiores. si centenas respicis, quattuor vel quinque tantum exempla additae literae deprehendantur; tituli autem temporis his aetatibus circumscripti plus quam tertiam partem locorum literae capacium revera vix literae illi concedunt (Maassen l. c. p. 29). Ad recentissimas igitur inscriptiones Urbinatis usus sese applicat; restat ut quid nos faciamus dicamus: nimirum semper addemus ν in orationis membrorum fine, id quod mihi etiam ratio postulare videtur. Nam quibus literis adiungitur ν, eae sunt quae prava atque veloci pronunciatione facillime quasi extinguantur[1]): his tanquam fulcrum addebant consonam, quae saepissime in verborum exitu audiebatur. Quid? frequentius nonne quam ceteris locis ipso in membrorum istorum fine, ubi remittebatur vox, illam literam opus erat addi, ne plane evanescerent tenues istae ε̄ et ῑ?

3, ad I 15.
(p. 15)

Adscitis verbis § 21 locum nostrum *ἡγοῦ μάλιστα σεαυτῷ πρέπειν — τὸ τῶν νεωτέρων ἦθος* a Blassio non recte restitutum esse apparet. Nam ut hic ea enumerantur, ad quae vitam nostram regamus oportet, ita ibi proferuntur quae fugienda sunt; qui igitur ibi quattuor membra (*κέρδους ὀργῆς ἡδονῆς λύπης*) bene se habere statuit, eum hic quoque

---

Ceterum velim respicias quam bene quadrent verba Aristarchi iunioris (ap. BA. 1400) ad Urbinatem: *ἰστέον ὅτι οἱ Ἀττικοὶ πάντα τὰ ἑνικὰ κτέ. . . . συμφώνου καὶ φωνήεντος ἐπιφερομένου μετὰ τοῦ ν̄ γράφουσιν, ὡς ἵστι σαφῶς συμβαλεῖν ταῖς τοῖς πάλαι σοφοῖς πεπονημέναις ἐντυγχάνοντα βίβλοις.*

[1]) Rectissime Reinhardt (ed. p. 168): 'An mehreren Stellen wird erst durch dies ν die vom Redner offenbar beabsichtigte Paromoiosis vollständig bewirkt.' — Non ignoro formas genetivorum alterius Cypriorum declinationis in *-ων* desinentium, e. g. *τῶ μισθῶν*; sed hae mihi nihil probant, quippe quae parum nostram ad rem faciant; sunt enim, ut terminis utar linguarum comparandarum peritorum, nihil nisi 'Versuche einer schriftlichen Fixirung nasalirter Pronunciation des auslautenden Vocals'. — Ad formas *ἦν ᾔδειν* aliaque plusquamperfecta ν per pravam quae dicitur analogiam addebatur. — Ut eruere non licet accusativi tertiae declinationis nominum propiorum in *-ης* exeuntis usum Isocrateum (Kaibel, Herm. XVII 416), ita cognovimus *ἦν* non *ἦ* primam esse personam apud auctorem nostrum: V 8 XII 233.231 (ter) XV 159 XVI 24.42 XVIII 37 XIX 36 39 XX 22. [ep. 1,1; 3, 4]. — *προῄδειν* (pers. prima) requiritur XII 127, quamobrem XII 85, ubi *ᾔδη* stare potest, *ᾔδειν* non removebimus. — Hac occasione oblata moneo in Blassii nominum propriorum indice Isocrateo desiderari 'Callistratus, Atheniensis, patria profugus urbes in Thracia condidit VIII 24.'

[ad I 15. 17. 28 orationem quadripertitam esse necesse est concedere *(κόσμον αἰσχύνην δικαιοσύνην σωφροσύνην)*. Blassius autem, ut homoeoteleuta aequaret, etiam in insequentibus verba mutare coactus est, cum voce q. e. *κόσμον* recisa ex Strangii auctoritate *κοσμεῖσθαι* pro *κρατεῖσθαι* scriberet. Sed homoeoteleutis quamvis auctor orationis studeat, tamen tam impar est studio ut, saepissime quod voluit aut non assecutus sit aut haud bene perfecerit. Nos igitur *κόσμον* retinemus (Schmidt, Ethik d. alt. Gr. I 314 sqq.) et verba, quae quattuor illarum virtutum enumerationem excipiunt, sic construimus: *τούτοις γὰρ* (instrum. neutr. a 'ταῦτα') *ἅπασιν* (dat. masc. a 'ἅπαντες' sc. *ἄνθρωποι*) *δοκεῖ κρατεῖσθαι τὸ τῶν νεωτέρων ἦθος* (regi adulescentulorum mores). — Jahrii hariolationes (quaest. Isocr. p. 37 sqq.) quod neglexi, eo rei ipsi me profuisse spero.

4, ad I 17.
(p. 16)

Isocratis praeceptum: *εὐλαβοῦ τὰς διαβολὰς κἂν ψευδεῖς ὦσιν· οἱ γὰρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοοῦσιν, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπουσιν* optime commentatur Menander ap. Stob. fl. 42,1 (= FCG. IV 90 M.):

οὐ δεῖ διαβολῆς καταφρονεῖν οὐδ' ἂν σφόδρ' ᾖ
ψευδής· ἐπίσταντ' αὐξάνειν αὐτήν τινες,
δι' οὓς φυλάττεσθαι τὰ τοιαῦτ' ὀρθῶς ἔχει;

itaque coniecturam redactoris libri, quo Bekkeri lexicographus usus est, '*εὐλαβοῦ τὰς διαβολὰς κἂν ψευδεῖς ὦσι κἂν ἀληθεῖς*' respuemus.[1]) Eadem autem ex ratione non amplectemur II 29 omissionem vocis *ψευδῶς* in verbis *τοὺς ψευδῶς διαβάλλοντας*, quam et *papyrus M* et E^a Θ^a Stob. (fl. 48,34) *A Trinc.* suadent: delevit is, qui *ψευδῶς διαβάλλειν* idem ac *ψευδῶς ἀπατᾶν* esse ratus eiecto illo adverbio verbum supervacaneum removisse sibi videbatur; at ut *διαβολή* ita *διαβάλλειν* vox est quam dicunt media.

5, ad I 28.
(p. 20)

Loci tractatio Blassio haud prospere cessit, qui librorum '*κτᾶσθαι*' retinuit aliaque e coniectura proposuit *(καὶ μὴ κτήματα — κτᾶσθαι μόνον δυναμένοις)*. Atque cum orator duplices sibi Demonicum divitias parare debere et *χρήματα* et *κτήματα* iubeat, aperte ad ea respicit, quae de Demonici patre, cuius ad exemplum vitam degere filium deceat, praedicavit:

---

[1]) *κἄντε—κἄντε* librariis, non redactori deberi persuasum habeo.

(ad I 28. II 2.) § 9. *ἀπέλαυε μὲν τῶν παρόντων ἀγαθῶν ὡς θνητός, ἐπεμελεῖτο δὲ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἀθάνατος.*

§ 28. *ἔστι δὲ χρήματα μὲν τοῖς ἀπολαύειν*[1]) *ἐπισταμένοις, κτήματα δὲ τοῖς κεκτῆσθαι* (Stob. recte: *κτᾶσθαι* Is.) *δυναμένοις.*

Ut *χρήματα*, opposita sunt *τοῖς ἀπολαύειν ἐπισταμένοις*, ita recte *κτήματα* (i. e. *τὰ κεκτημένα*) respondent *τοῖς κεκτῆσθαι δυναμένοις*. Sic igitur locum interpretare: ʻrecte divitiis uteris, si vitae dulcedines inde tibi parabis, attamen iis parces ita, ut semper beatus possis nominari possidensʼ. Sane argutiis ac spinis locus est refertissimus, sed talia coniecturis removere ex oratione, qualis Demonicea est, mea quidem sententia non licet; Stobaei lectione recepta omnia plana mihi videntur. Ut vero locum magis etiam illustrem, quomodo illum vernaculo sermone reddere studuerim, profitebor: ʻals Reichthum erwirb dir Habe, solche die du hast und solche von der du etwas hast: denn wer's versteht, wie man sie nützt, der hat die Hab' von der man etwas hat, wer das vermag, dass er sie hat, der hat die Habe, die man hatʼ. — Ceterum cf. p. 15 ann. 2 et Aesop. fab. 412[b] H.: *ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὐδέν ἐστιν ἡ κτῆσις, ἐὰν μὴ ἡ χρῆσις παρῇ.*

6, ad II 2.

(p. 27)

Ad locum nostrum proxime accedit II 11, ubi ex ς recte dant editores *καθ' ἑκάστην ἀγωνίζεσθε τὴν ἡμέραν* (*Γ καθ' ἑκ. τὴν ἡμέραν ἀγωνίζεσθε*)[2]); vox inter *ἑκάστην* et *τὴν* item interposita est VIII 20 *καθ' ἑκ. δὲ τὴν ἡμέραν*, qui locus ex paucissimis illis est, quibus articulus *τὴν* post *ἑκάστην* servatus sit: XIV 55 [ep. 5,4. 6,9]; omissum eum in libris omnibus addidit Dindorfius IV 128 VI 65 XIX 30; denuo textui ex *Γ* illatus est articulus, cum in ς desideretur: IV 78 VII 40 X 56 (*ΓΔ*) XII 211; ex coniectura eum habent *EΘ*, quem ibidem *Γς* neglexerunt, VI 79; nec minus vacillant libri, si, cum vox *ἑκάστην* attributi locum teneat, articulus non iam homoeoteleuton efficit, sicut in *κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην*, quod recte legitur IX 43 XII 30 in libris; at *τὴν* omittunt codices VII 28 (add. Dind.); VIII 129 ***ΓE*** eum habent, quem desideramus in ς. Cum autem II 9[2]) *κατὰ τ. ἡμ. ἑκ.* in *Γ*, *καθ' ἑκάστην ἡμέραν* in ς extet, III 22 non solum articulum a *Γ* Stob*AB*

---

[1]) Ut infra *κεκτῆσθαι* posuit, ita hic quominus *χρῆσθαι* diceret insequens *ἐπεμελεῖτο* prohibuit; hiatum enim effecisset. Ludit in radice *XPA*, cf. Gorgias frg. 19 S.

[2]) *Papyrus M* praebet § 11: *αγωνιζεσθαι καθ εκαστην ημεραην* (col. ς′ 13), § 9 *τα καθ ημεραν συνπιπτοντα* (ε′ 21); de § 2, ubi habet *καθ ε.........μεραν*, cf. ***addenda nostra.***

[ad II 2. 4. III 15 servatum. frustra quaesitum in Stob*v*., sed etiam *ἑκάστην* in ς desideramus, ita ut iam ad solemnem istam formulam *καθ' ἡμέραν* devenerimus, cuius exempla haec sunto: *τὰ καθ' ἡμέραν* IV 34 168 V 120 VI 55 VIII 46 XI 20. 39 XII 179 (*τὸ* libri, corr. Hertlein) XIV 48 (*τὸ* libri, corr. idem) 56. XV 39. 144. 228. — *τὸν βίον τὸν καθ' ἡμέραν* VII 53. 61 VIII 31. 109. *ἡ τροφὴ ἡ καθ' ἡμέραν* VIII 90 XI 22.

7, ad II 4.

(p. 27)

Stob*A* legit: *τοῖς δὲ τυράννοις οὐδὲν ὑπάρχει τ ο ι ο ῦ τ ο ν, ο ὓ ς ἔδει παιδεύεσθαι μᾶλλον τῶν ἄλλων· ἐ π ε ι δ ὰ ν δ' ε ἰ ς τὴν ἀρχὴν καταστααθῶσιν* (*leg. e Γ*: *καταστῶσιν*), *ἀνουθέτητοι διατελοῦσιν· οἱ μὲν γὰρ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων αὐτοῖς οὐ πλησιάζουσιν, οἱ δὲ συνόντες πρὸς χάριν ὁμιλοῦσιν*; quae lectio adeo mihi arridet, ut eam ab Isocrate profectam esse contenderim. Sententia enim sic progreditur: ʿhomines privati bene erudiuntur, quippe qui vituperentur moneanturque ab amicis atque ex libris vitae sapientiam haurire possint: at in purpura nati adulescentuli tale quid, unde sapientiam hauriant (sc. libros), non habent, qui illis privatis multo magis erudiri debeant; simulac vero ad rem publicam accesserunt, paucis admodum aditus ad eos patet paucique isti adeo non peccantis delicta vituperant, ut ad omnipotentis regis nutum omnia et dicant et agantʾ. Vides hac ratione chiasmi dispositionem verbis inferri oratore haud indignam: 1. homines privati: *a*) amici *b*) libri. — 2. reges: *a*) libri *b*) amici. Praeterea librorum Isocrateorum lectio nisi mutato *παιδεύεσθαι* in *πεπαιδεῦσθαι* mihi non probatur. — Quae in *papyro M* scripturae agnoscuntur vestigia docent aut longe aliam verborum ibi recensionem quondam lectam aut misere locum homoeoteleuto pelliciente (*πλησιάζουσιν — ὁμιλοῦσιν*) fuisse deformatum.

8, ad III 15.

(p. 32)

Locus tractatu haud facilis apud Blassium sic legitur: *αἱ δὲ μοναρχίαι πλεῖστον μὲν νέμουσι τῷ βελτίστῳ, δευτέρῳ δὲ τῷ μετ' ἐκεῖνον, τρίτῳ δὲ καὶ τετάρτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον*, quod me intellegere nequire libere profiteor. Videtur autem proficiscendum inde, quod legimus ʿ*τῷ βελτίστῳ*ʾ *cum* articulo, ʿ*πλέον*ʾ *sine* articulo; itaque quae *cum* illo tradita sunt ad homines, quae *sine* illo ad gradus partesque hominibus tribuendas referemus; quam rationem amplexos nos non erraturos esse testatur ʿ*τοῖς ἄλλοις*ʾ testaturque ipsa particularum *μὲν — δὲ — δὲ* collocatio: sequitur dativos *δευτέρῳ τρίτῳ τετάρτῳ* in accusativos transscribendos esse; ʿ*τῷ μετ' ἐκεῖνον*ʾ porro pro ʿ*τῷ μετὰ τὸν βέλτιστον*ʾ dictum est eadem

[ad III 15. 18. V 117.] ratione, qua 'τοῖς ἄλλοις' verbis 'κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον' adiectis summatim significat 'τρίτον δὲ τῷ μετὰ τὸν μετ' ἐκεῖνον κτἑ.,' ita ut etiam in inferioribus ordinibus eadem ratio distribuendorum honorum adhibeatur. Delendum autem in verbis nostra ex ratiocinatione restitutis est 'καὶ': quo facto ad eandem quam ς praebet lectionem, a qua, quod premendum videtur esse, profecti non sumus, devenimus. Stob*B* cur 'καὶ' retineat, ex archetypi condicione mihi explicatur, quippe in quo fuerit:

δευτέρῳ [ον] — τρίτῳ [ον] τεττάρτῳ [ον] καὶ τοῖς ἄλλοις; aut scriba nescio quis voculam istam expunctam esse praetervidit aut corrector eam delere oblitus est.

9, ad III 18.

(p. 33)

Lectiones docent Stobaeum πάντων sicut *Γ* scripsisse; nam quod apud eum legitur, ἢ περὶ πάντων, ita natum est, ut voci q. e. πάντων ex vulgata recensione 'περὶ' insuper adderetur; ἢ autem nihil est quam solemne istud γρ. (cf. p. 34 ann. 1). — Iam Blassius περὶ, quod ς Stob. praebent, respuit, recepit ex iisdem illis τὰ; quod cum faceret, nescio an rectam viam non inierit: ut enim sanam et sententiam et constructionem ederet, aut ς aut *Γ* sequi eum necesse fuit; quae autem requiritur sententia: 'omnia optime constituunt,' eam in *Γ* non deprehendimus, quippe cuius 'πάντων' nihil nisi intentio superlativi possit esse; quod si est, cum omittatur simul articulus τὰ, non habet obiectum. Verum tamen ut adicias obiectum e. g. πάντα, reputa modo, quam veri dissimile sit Isocratem et πάντων et ὡς οἷόν τ' ἐστὶ coniunctim superlativo addidisse. Sin vero servata simplici voce (πάντων) ex ς Stob. τὰ ante βέλτιστα insereris, unde pendebit genetivus? an ex τὰ βέλτιστα, ita ut fere sit τὸ βέλτιστον τοῦ κοινοῦ? At quam tortuose Isocratem verba disposuisse nunc tibi sumis, cum eum omnino nihil prohibuerit 'τὰ βέλτιστα πάντων' scribere? Vides rem ad lectionem ς Stob. redire, qua recepta omnes difficultates ita diluuntur, ut τοῖς κοινοῖς et περὶ ἁπάντων non minus quam λυμαίνεται et τὰ βέλτιστα πράττουσι eleganter inter se opposita sint.

10, ad V 117.

(p. 43)

Glossa Harpocrationis 'ἀποπομπάς· Ἰσοκράτης Φιλίππῳ· ἀποπομπαῖοί τινες ἐκαλοῦντο θεοί, περὶ ὧν Ἀπολλόδωρος ἐν ς' περὶ θεῶν διείλεκται' post Φιλίππῳ mutila videtur; neque enim cohaerent quae sequuntur cum loco Isocrateo; intercidit explicatio vocis ἀποπομπή, quae ni fallor ex Suida repeti potest; hic enim s. v. ἀποπομπή habet: καὶ ἀποπομπή· ἀντὶ

[ad V 117. VI 104] *τοῦ ἀποτροπή*. quod idem extat in lexico Bachm. An. Gr. I 130.16 (et ap. Zonar.); quanquam autem apud Photium hanc glossam, ut quae magna illa literarum *α—ε* clade deleta sit, non legimus, tamen eum Suidae esse fontem apparet inde, quod Bekkeri lexicum sextum (i. e. Bachmanni) ex Photio haud pauca desumpta continere Naberus (praef. ad Phot. § 18 p. 130 sqq.) demonstravit. Photius autem si glossam eiusmodi tenuit, quam Harpocrationem vidimus necesse esse eo loco, quo nobis nunc lacuna patet, exhibuisse. quid Harpocrationi sua non restituamus? Epitomen enim lexici haud paucis locis nostro Harpocrationis corpore pleniora continuisse notum est. — *ἀποπομπαί* igitur omnia ea nominabantur, quibus homines mala deorum ipsis insidiantium averruncare studebant.

II, ad VI 104.

(p. 44)

Isocrates dixit *γεγενημένην*. Ut enim '*γεγονώς*' apud eum semper est 'natus,' ita '*γεγενημένος*' semper 'factus'; passivi participii exempla non affero, activi haec sunto: IV 60. 62. 84. 121 V 33. 115. 136 VII 37. 72 IX 19. 21. 72. 76. 81 X 43. 52 XI 8. 35. 38. 41. 42 XII 3. 81. 198. 205 (bis). 206. 263[1]) XV 166. 181. 306 XVI 33 XIX 13. 22 [ep. 7.2. 8,4. 9,3. 18]. Atque quo accuratius videas, quam strenue huic regulae orator se applicaverit, proferam locos, quos contra illam pugnantes vulgata quondam praebebat ex *Γ* nunc correctos: IV 59 *γενόμενος ΓΕ*: *γεγονὼς* ς, 174 *γενομένων ΓΕ*: *γεγονότων* ς, IX 41 *γενόμενος ΓΔ*: *γεγονώς* ς, 72 *γεγονότων Γ*: *γενομένων* /ς; quibus addo XI 46, ubi Blassius ex ς dedit *ἐκ μεγάλων καὶ δεινῶν αἰτιῶν περὶ σὲ γεγονυιῶν* violans regulam, cum verum atque oratori restituendum in *Γ* legatur *γενομένων*, quod etiam si sententiam spectas, a vituperio plane liberum est. Neque minus contra Fuhrium (animadv. p. 50) mihi pugnandum, qui XII 50 ex lectione *Γ γεγονασινμενο*[2]) elicuit *γεγονότες*, cum usus dicendi passivam formam flagitet; *γενόμενοι* correctorem Urbinatis archetypi dare voluisse Blassius recte vidit, cum sagaciter lectionem illius ita reconcinnaret:

---

[1]) *πλέον ἀπολελειμμένοι τῶν σῶν εἰσὶν ἢ τῆς Ὁμήρου δόξης οἱ περὶ τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ ποίησιν γεγονότες*; qui locus non comparandus est cum III 12 *εἰ περὶ τὸ συμβουλεύειν μόνον γενοίμην* aliisque id genus sescentis; etenim ad artem patriam colendam n a s c u n t u r rapsodi.

[2]) Non minus mira est lectio *Γ* XVI 19 *οὐκαταπολέσαι* pro quo ς *οὐ καταπολεμῆσαι* praebet; editores simplex *οὐκ ἀπολέσαι* oratori imputant; ego mihi rectius ex vestigiis illis '*οὐκ ἀνταπολέσαι*' elicuisse videor; cf. Plat. Crito 51[a]; vox quod apud Isocratem alias non extat, nihil coniecturae fidei obest; talia facile orator ad usum finxerit.

[ad VI 104 ν μενο

γεγονασι; attamen coniectura '*γεγενημένοι*' Benseleri nos supersedere posse concedere prohibeor insequente participio '*ἐκλελοιπότες*. — Contra recte Blassius *Γ* deseruit IX 72, ubi verum *προγεγενημένων Δς* tradunt, *Γ* mendosum *γεγενημένων* ('Cf. § 70.') exhibet. Duobus tantum locis, quod sciam, hiatus vitandi studio orator ut regulam laederet coactus est; VII 10 *πρὸς δὲ τοὺς Ἕλληνας διαβεβλημένοι καὶ τῷ βαρβάρῳ πολέμιοι γεγονότες, ἔτι δ' — ἠναγκασμένοι — τοὺς δ' — ἀπολωλεκότες* et XII 209 *οἱ μὲν γὰρ ἂν φανεῖεν πολλῶν εὑρημάτων καὶ μαθηταὶ καὶ διδάσκαλοι γεγονότες, οὗτοι δὲ κτέ.*; horum autem posterior mihi locus propterea quoque afferendus erat, ut aliam eiusdem orationis paragraphum (101) expedirem, in qua legimus ex *Γ ὥστε δικαίως ἂν ἐκείνοις μὲν ἅπαντες ἐγκαλέσειαν ὡς ἀρχηγοῖς γεγενημένοις καὶ διδάσκαλοι τῶν τοιούτων γεγόνασιν ἔργων*, cum ultima in ς sic extent: '*καὶ διδασκάλοις τῶν τοιούτων ἔργων*.' Benselerus inde Urbinatis lectionem amplexus transcripta voce '*γεγόνασιν*' in '*γεγονόσιν*' Blassio rectissimae annotationis dedit ansam: 'quod si verum est, delendum *γεγενημένοις*'; at Benselerus erravit, quia ex usu Isocrateo *γεγενημένοις* requiritur. Delenda igitur verba sunt '*καὶ διδάσκαλοι γεγόνασι*' legendumque *ὡς ἀρχηγοῖς γεγενημένοις τῶν τοιούτων ἔργων*. Etenim magister quidam, dum enarrat hunc locum, ad § 209 auditores revocans effecit, ut unus ex his vel plures in exemplo Isocrateo quod tenebant inscriberent: *καὶ διδάσκαλοι γεγόνασι*. Videsne unde ille nominativus et indicativus? Fuerunt in archetypo, cuius maculas fideliter servat *Γ*[1]), ς eleganter, quantum id fieri licuit, genuinis verbis adaptata exhibet, ita fere literae discriptae:

καὶ διδάσκαλοι γεγόνασι

γεγενημένοις τῶν τοιούτων ἔργων. Magister autem ille, quem finxi, ad § 209 respicere debuit, ut ea quae in § 101 sequuntur illustraret: *ὥσπερ τῶν μαθητῶν*. — Haec hactenus de participio; ex ceteris perfecti formis eas, quas a radice '*γον*' duxit, protulit eis, quae a '*γενε*' derivantur, si illae assumpto ν para-

[1]) Correctus *Γ* iam videtur XV 168 *ὁρῶν δ' οὐ μόνον δυσκόλως διακειμένους περὶ τὴν τῶν λόγων παιδείαν τοὺς εἰθισμένους ἅπασι χαλεπαίνειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν πολλοὺς τραχέως πρὸς αὐτὴν διακειμένους, ἐφοβούμην, μὴ κτέ*; sana verborum collocatio non est, quia sententia flagitatur, ut verba *τοὺς εἰθισμένους ἅπασι χαλεπαίνειν* nullo intervallo interposito excipiant illud *οὐ μόνον*; quod ne fiat impediunt '*δυσκόλως ... παιδείαν*', in quibus orator et *πρὸς* (non *περὶ*) scribere debuit et evitare vocis q. e. *διακειμένους* repetitionem, id quod Kayserus monuit. Verba bene se haberent, si extaret: *οὐ μόνον τοὺς εἰθισμένους ἅπασι χαλεπαίνειν ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν πολλοὺς τραχέως πρὸς τὴν τῶν λόγων παιδείαν διακειμένους*. Glossema priori parti illatum effecit, ut posterior mutaretur (*αὐτὴν*); neque vero manus corrigens quae sermone ac sententia postulantur lenis esset.

[ad VI 104. VIII 19 gogico desinebant in consonam, cum vocalis has clauderet; a radice quae dicitur forti ductae hae sunt:[1]) *γέγονε* *IV 13. *28. 38. *139. *140. 150. 167. 169. *175. *V 21. VIII *107. *IX 69. XII *93. *108 XIV *59. XV *28. *30. 35. 83. 106. *114 *118. 190. XVI *36. XVII *33. XVIII *14. *15. [ep. *7,6]; *γεγόνασι* IV *116. 117. 137. 149. 161. V *42. *147. VIII *29. IX 13. *70. XII 9. 207. 210 (cf. 205). XIII 5. *6 *14. XIV *9. XV *45. *80. *98. 99. *163. XIX *33. XX 7. [ep. *4,2]. — *γέγονε* [I 24]. V 71; *γεγόνασι* IX *6. XVI 4. XIX *36. Regulam quam modo hisce de formis protuli exceptionum capacem esse scio, velut XIX 33 *γεγένηται* legitur; sed rarissimae tales formae sunt. — *γεγονέναι* me legisse non memini. Inter ceteras ita delectum habuisse orator videtur, ut de personis semper fortes formas, de rebus et fortes et lenes, prout hiatus fuga cogebatur, adhiberet: *γέγονα* V 12 XII 88 (*Γ*: *γεγονότα* ς) XV 195; *γεγόναμεν* IV *24. *26 VII *73 VIII 108 XII *98 XIV *51 [ep. 7,11]; *ἐγεγόνει* XVIII 16.

12, ad VIII 19
(p. 49).

Isocrates ʽ*τρόπος*ʼ vocem hisce in notionibus habet: *τὸν αὐτὸν τρόπον* IV 80. V 85. VI 24. VII 28. 56. XV 151. XVI 1. *τόν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ* IV 66. V 93. *τοῦτον τὸν τρόπον* III 5. V 119. VII 20. VIII 35. IX 19. XI 46. 48. XV 31. 55. 152. 185. 323. XXI 20. [ep. 6,10] *τόν τρόπον τοῦτον* VII 56. XI 30. XII 41. 247 (*τοῦτον τ. τρ.* ς). XV 283. *ἐκεῖνον τὸν τρόπον* XII 3. *πάντα τρόπον* IV 151. XII 17. *ὃν τρόπον* V 33. 105. 150. VI 16. XII 44. 140. 236. XV 69. *ὅνπερ τρόπον* VI 32. *τίνα τρόπον* VIII 74. XII 175. XV 306. — *ἐκ παντὸς τρόπου* III 31. IV 95.[2]) VI 91. IX 39. XII 160. XIV 3. 23. XV 135. 248. XVI 41. [ep. 2,20] *μηδ' ἐξ ἑνὸς τρόπου* V 3. *ἐξ οὗ τρόπου* VIII 131 (*Γ*: *ἐξ ὅτου* ς). *ἐξ ὅτου τρόπου* [ep. 7,3]. — *κατὰ τρόπον* (i. e. ʽeo quo decet moreʼ) II 6. V 45. VII 11. 79. XII 51. 174. XIII 16. XV 131. [ep. 2,6]. — *ὅτῳ τρόπῳ* VI 31 *ἄλλῳ τρόπῳ ᾧ* XVII 34. Ex hisce cum facillime perspiciatur Isocratem *τρόπον*, ubi ʽmodiʼ significationem induit, nusquam aliter quam singulariter dixisse, respuemus *πάντας τρόπους* eo loco, ex quo profecti sumus, spreta *ΓΕ* Thomae fide, neque minus refugiemus Prisciani *κατὰ πάντας τρόπους*; quare verum *πάντα τρόπον* sola in vulgata extat, quacum Bekkeri lexicon consentit; tertium igitur formulae *πάντα τρόπον* hoc duobus exemplis modo allatis adiungas. — Iam cum cetero-

---

[1]) Stellulis eos locos insignivi, quibus hiatum usus formis *γέγονεν* et *γεγόνασιν* (pro *γεγένηται* et *γεγένηνται*) orator evitare studuit.

[2]) Male igitur *ἐξ ἅπαντος τρόπου* ς Schol. ad Il. ap. Cram. An. Par. III 154,20.

[ad VIII 19 IX 44. quin aut accusativum aut praepositionem illis in notionibus deprehendamus, duos istos in dativos *ὅτῳ τρόπῳ* VI 31 et *ἄλλῳ τρόπῳ ᾧ* XVII 34 clades persedisse videtur, quorum hic locus quin mendosus sit non potest dubitari, quia hiatum orationi foedissimum infert: *ἢ ἄλλῳ τρόπῳ ᾧ ἠδύναντο*, ita ut vix mihi coniectura evitanda videatur esse, qua verba rescribimus: *ἢ ἄλλον τρόπον ὃν ἠδύναντο* [1]); in orationibus iudiciariis *ἢ* gravem non efficit hiatum. Cum igitur non duo sed unum dativi exemplum tradatur, quid hoccine feremus? Minime: corrigenda videntur verba 'Archidami' *ὅτῳ τρόπῳ* aut in *ὃν τρόπον* aut in *ὅνπερ τρόπον*; quod enim facile propter *ὅτῳ* suaseris '*ὅντινα τρ.*' restituere vetaris indice nostro docente pronomen *ὅστις* ab Isocrate cum voce q. e. *τρόπος* in notionibus adverbialiter usurpatis non coniungi.

13, ad IX 44

(p. 54).

Orator quae in antecedentibus Euagoram praedicaverat (*οὐδὲ — διακείμενος*), cum malas virtutes eum exercuisse negaret, nunc in laudatione ita pergit, ut non iam neget, sed ea ipsa quae rex praestitit adferat professus 'illum semper sibi constitisse neque aut factis aut verbis a se destitisse.' Quam sententiam cum Stobaei et vulgatae correctores parum intellexissent, ad locos respicientes velut IV 81 *πιστοτέροις μὲν τοῖς λόγοις ἢ νῦν τοῖς ὅρκοις χρώμενοι*, II 22 *τὴν ἀλήθειαν οὕτω φαίνου προτιμῶν ὥστε πιστοτέρους εἶναι τοὺς σοὺς λόγους [μᾶλλον] ἢ τοὺς τῶν ἄλλων ὅρκους.* [1,22] *δεῖ γὰρ ἀγαθοὺς ἄνδρας τρόπον ὅρκου πιστότερον φαίνεσθαι παρεχομένους* [2]): tales inquam locos respicientes alter correctorum istorum

---

[1]) Cautionem in Trapezitici proprietatibus sermonis tractandis adhibendam esse summam nuper docuit Grosse, qui programmate 'Über Isokrates Trapezitikos' (Arnstadt 1884) inscripto gravissimis causis orationis genuitatem impugnans effecit, ut etiam manifestiorem faceret inertem defensionis imbecillitatem, quam paulo antea Galle adsecutus est dissertatione sua 'de Isocratis oratione Trapezitica' (Lips. 1883). Qamquam vero certum iudicium hac de re ferre nondum audeo, tamen parum caute me supra dixisse fortasse concedendum; cautius Schwabe 'de dicendi genere Isocrateo' (diss. Hal. Sax. 1883) p. 24 hunc inter eos rettulit locos, quibus Isocrates in posterioribus orationibus particulam *περ* affixurus fuisset: at ipsum istud quod desiderat *ἄλλῳ τρόπῳ ᾧπερ ἠδ.* Isocrateum non esse modo posui.

[2]) Idem, ni fallor, sibi vult Sophoclis fragmentum 810 N. *εἴθ' ἦσθα σώφρων ἔργα τοῖς λόγοις ἴσα*, in quo *τἄργα* Nauckius bene restituit; nec vero placet, quod idem *ἴσος* coniecit; verbum enim requiritur: aut igitur statuendum versum insequentem continuisse vocem qualis *ἐκτελῶν* aut — quod magis placet, cum hoc modo efficiamus, absolutam ut sententiam versus exhibeat — scribendum ***τἄργα τοῖς λόγοις ἰσοῦν***; cf. Soph. El. 686.

[ad IX 44. X tit. ‘ἱεροῖς’, alter ‘ὅρκοις’ supra ‘ἔργοις’ scripsit, quae in textum recepta alias mutationes necessarias reddiderunt. ‘τὰ’ autem Stobaei in ‘τὰς’ mutare, quod Gesnerus fecit, non est scribarum mendum tollere, sed quid auctor lectionis voluerit non satis percipere; is enim ὁμολογίαι non de rebus interpretatus est quae inter se conveniunt, sed de iis de quibus inter homines convenit: quamobrem mutatis ‘ἔργοις’ in ‘λόγοις’ dicendum ei videbatur esse: ‘quae pactus erat, eadem cura praestitit, qua ea quae erga deos praestanda ei erant;’ itaque ut in Stobaeo retinendum est τὰ, ita non recipiendum inter oratoris verba.

14, ad X titulum
(p. 55).

Libri ‘Ἑλένης ἐγκώμιον; ‘Ἑλένη Benselerus ed. vol I (praef. p. XXXII) ex Arist. rh. III 14, Harpocr. v. Θεράπναι et ‘Ὁμηρίδαι’ Rh. Gr. II 45,5. 446,23. VII 1032,18. W. ‘Ὑποθ. 10 restituit. Ego quanquam addere possum BA. 85,15. tamen cum libris facio, quibuscum consentiunt Quint. III 8,9 (‘*in Helenae laude*’) et Harp. v. βομβυλιός; in lexicis (BA.) facile brevior titulus adhiberi potuit. Relege praeterea titulos hosce: Γοργίου ‘Ἑλένης ἐγκώμιον, Κλυταιμνήστρας ἐγκώμιον (in indice Pseudo-Isocratearum ed. Blass II 274). Ναΐδος ἐγκώμιον (Alcidamantis, apud Athen. XIII 592[c] at Βούσιρις Isocratis, ᾿Αγησίλαος Xenophontis, Νεοπτόλεμος, Μενεκράτης (inter Pseudo-Isocrateas), ‘ὁ ᾿Αλέξανδρος’, quem ad Gorgiam rettulerim; simplex enim articulus ὁ praeter ceteros auctores, quorum scripta non ita exemplorum instar habebantur, Leontini orationi aptus esse videtur; conveniunt insuper quae de orationis ingenio Blassius (Att. Bereds. II 342 sq.) disputat, qui tamen de Theodecte Phaselite cogitat, cuius haud raro Aristotelem mentionem iniecisse fatendum est; neque vero Suidae testimonium (v. Θεοδέκτης) neque Philodemi (περὶ ῥητ. col. 36 sq.). quo nisus Sauppius (O. A. II 223) ‘Alexandrum’ ad Polycratem rettulit, quicquam valent. Sed ne in coniciendo longi simus, ad laudationes redeo. Vides mulierum nomina in genetivum deflexa ex nomine quodam substantivo pendere. virorum talia non adsumere; cui mori illud librorum Isocrateorum ‘Ἑλένης ἐγκώμιον sufficit. Sequitur addendum etiam esse aliquid post Πενελόπης in Pseudo-Isocratearum indice, quod aut ἐγκώμιον potest esse aut ψόγος (Blass, Att. Bereds II 95. ann. 7). Quam male autem sibi constent peiores testes in appellandis orationibus, collatis orationis X et XI argumentis videbis, ita ut nihil ex Schol. in Plat. Hipp. 229[d] p. 286 H. ‘Ζωΐλος ἐν τῷ εἰς Πολύφημον ἐγκωμίῳ’ contra me paraturus sis; ‘καὶ τὸ τοῦ σοφιστικοῦ λήρου μεστὸν ἐγκώμιον εἰς Πανσανίαν’ personati Demosthenis (Dion Hal. de adm. vi dic. in

[ad X tit. XII 30 Dem. c. 44) praetereo. Omisi porro, ut par est. eas laudationes, quarum ipsos titulos non accepimus: dico Theopompi laudationes Mausoli (Blass, Att. Bereds. II 372) Philippi Alexandri (Theo progym. rh. Gr. II 68. 110 Sp.), Naucratis et Isocratis Apolloniatae laudationes Mausoli, Cephali laudes Lagidos meretricis (Athen. XIII 592^c), Matridis et Caucali Chii *ἐγκώμιον Ἡρακλέους* (Athen. X 412^b). Theodectis laudatio Mausoli tragoedia erat inscribebaturque simpliciter 'Mausolus' (Hygin. ap. Gell. n. a. X 18, 7). Denique titulos laudationum Potamonis Mytilenaei, quos Suidas (v. *Ποτάμων Μυτιλ.*) tradit, '*Βρούτου ἐγκώμιον, Καίσαρος ἐγκώμιον*' ab illo vel potius ab auctore eius non religiose relatos esse contendo: nam usque ad Romanorum aetatem morem illum valuisse docet Plutarchus Caes. 54.: *ἔγραψε Κικέρων ἐγκώμιον Κάτωνος ὄνομα τῷ λόγῳ θέμενος 'Κάτωνα'* (cf. Cic. Top. 25 94), quod idem Caesaris duo '*Anticatones*' comprobant; libelli 'in quo (Hirtius) collegit vitia Catonis' (Cic. ad Att. XII 40,1) titulum ignoramus; neque magis noti indices libelli Brutiani de Catone et de App. Claudio aut Ciceroniani de Porcia et Caesare. — Haec disputanda mihi esse duxi, ne vana quamvis speciosa te Benseleri (praef. p. XXXII ann. 8) decipiant argumenta.

15, ad XII 30
(p. 60).

Editores e Stobaei florilegio sententias 1, 42. 43. 44 eicere solent, quippe quae ut Gesneri in editione ita non in libris inveniantur; Gesnerus, inquiunt, eas ex ipso Isocrate addidit. Quid igitur? quo libro usum esse Gesnerum statuis? vulgatae? at lectiones Stobaeenses nostro loco cum *Γ* consentire solent (*καλῶ, ἐλαφροτάτους, ἔτι τοὺς, ἐξισταμένους*). Aut Urbinatis? Bekkero igitur laudem Isocratis sospitatoris praeripere veritus Gesnerus librum modo inspectum statim tenebris reddidit? immo ad ς accedit Stobaeus praebens *τῇ τάξει, ἀλλὰ πρὸς πάντα, τελείους* adversante Urbinate. Nunc Clementis Alexandrini ne obliviscar licet monere, ex quo fortasse Gesnero sua depromere licuerit. Quamquam autem Stobaeus cum patris Christiani libris in lectionibus *καλῶ, ἐξισταμένους, τῇ τάξει, ἀλλὰ πρὸς ἅπαντα, τελείους* facit, tamen ab eo recedit, cum exhibet *ἔτι τοὺς* (cum *Γ*), *ἀεὶ κρατοῦντας, μέγιστον, διακειμένους, ἐμμένοντας*; praeterea is, qui Clementem loci Stobaeensis fontem Gesnero vindicat, sumere coactus est verba ab Alexandrino omissa (*ἐπειδὴ — ἀποδοκιμάζω, καὶ μὴ — γιγνομένους, τοὺς δὲ μὴ μόνον — ἀρετάς*) virum illum doctum ex Isocrate repetiisse, verba ab Alexandrino tradita suis coniecturis ita ornasse, ut modo *Γ* modo ς imitanda sibi proposuisse videatur, uno autem loco tam felici usum esse

[ad XII 30. XIII 12 acumine, ut solus omnium, dis credo adiuvantibus, Urbinatis lectionem inveniret. Iam vides quo redacti simus: Gesnerus neque ex Isocrate neque ex Clemente sententiam 1, 44 in Stobaeum intulit. sed invenit in libro manuscripto: reddamus igitur Stobaeo quod Stobaei est. Quid autem? quod hac de sententia statuimus, nonne eadem de duabus antecedentibus iudicanda sunt? ego vero credo. Audi modo, adfert Pythagoram, Antisthenem, Phocionem, Diogenem, Socratem, Democritum, Isocratem (1, 41 et 45), Epictetum: num dubitare licet, quin Stobaeus haec omnia ex gnomologio quodam suum in florilegium transtulerit? quam nostram sententiam etiam eo comprobari videmus, quod verba ʻἡ δὲ τῆς ἀρετῆς κτῆσις — ἡγουμένηʼ in Orionis quoque antholognomico extant (VII 13). Licuit igitur e lemmatum serie eruere, unde alteram (1,43) sententiarum dubiarum Stobaeus hauserit; quid? idem si de tertia illarum (1,44), quam modo tractavimus, demonstrabitur, nonne primam quoque (1,42) e gnomologio petitam a Stobaeo, non a Gesnero in primum florilegii caput receptam esse concedendum erit? Tertiam autem in gnomologio quodam fuisse Clemente ascito facile perspicimus. Is enim praeter hunc, de quo agitur. locum ex Isocrate duos tantum excripsit IV 141. XIX 31 eosque eo in libro, quem illum ex Aristobulo compilasse constat,[1]) sexto; qua re cognita unicus iste locus noster Panathenaici relinquitur, qui evincere possit Clementem Isocratis orationes legisse; at cum unicus sit, hunc etiam Alexandrinum non ex ipso oratore sed e chrestomathia quadam deprompsisse verisimillimum est. Sin autem Clemens verba tali ex compilatione mutuatus est, quidni Stobaeus, qui eadem haec habeat inter sententias procul dubio e gnomologio deprompta? Tres igitur Stobaei sententias non eiciendas esse tanquam a Gesnero interpolatas demonstravimus.

16, ad XIII 13

(p. 62).

Paragraphum tertiam decimam orationis ʻcontra sophistasʼ ab Isocrate scriptam esse non credo, quae, quod ad sententiam facit, nihil ferat novi:

§ 13	§ 12
ἢν μὴ τῶν καιρῶν καὶ τοῦ πρεπόντως	ὅστις ἂν ἀξίως μὲν λέγῃ τῶν πραγμάτων
καὶ καινῶς ἔχειν μετάσχωσιν (cf. XV 82. 83)	μηδὲν δὲ τῶν αὐτῶν τοῖς ἄλλοις εὑρίσκειν δύνηται,

[1]) De Aristobulo quid actum sit docet Zeller, Philosoph. d. Gr. III 3,257 ann. 2.

[ad XIII 13. XIV 5] cf. § 16: *τὸ δὲ τούτων ἐφ᾽ ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων ἃς δεῖ προελέσθαι καὶ μεῖξαι πρὸς ἀλλήλας καὶ τάξαι κατὰ τρόπον· ἔτι δὲ τῶν καιρῶν μὴ διαμαρτεῖν ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐνθυμήμασι πρεπόντως ὅλον τὸν λόγον διαποικῖλαι.* In ipsis autem verbis pessime se habere *τοῦ καινῶς ἔχειν μετάσχωσιν* 'praesertim cum *καλῶς ἔχειν* praecesserit' iam Blassius monuit; idemque animadvertit meliorem evasuram esse orationem, si ex ultimis paragraphi verbis '*ὅτι πολλῆς ἐπιμελείας αὐτοὶ* (sc. *οἱ ποιητικοῖς παραδείγμασι χρώμενοι*) *δεόμενοι παιδεύειν τοὺς ἄλλους ἐπιχειροῦσιν*' voces '*τοὺς ἄλλους*' (i. e. *discipulos*) eiecerimus; neque enim in iis, quae haec continuo excipiunt '*εἰ δὲ δεῖ μὴ μόνον κατηγορεῖν τῶν ἄλλων ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ δηλῶσαι διάνοιαν*' idem significant '*τῶν ἄλλων*' (i. e. *praeceptorum*) quod supra '*τοὺς ἄλλους*': idem autem verbum paucissimis interiectis vocibus ad easdem referre personas simplices sanaeque nos cogunt rationes; quod cum hic fieri nequeat, non solum *τοὺς ἄλλους* delebimus, sed accedente argumento ex sententia male frustulis aliunde petitis conglutinata totam paragraphum uncis saepiemus. Cui sententiae nonne id quoque suffragatur, quod verba *μέγιστον δὲ σημεῖον τῆς ἀνομοιότητος αὐτῶν* tanto hiatu ab iis ad quae referenda sunt (*τὸ μὲν τῶν γραμμάτων — τὸ δὲ τῶν λόγων*), seiunguntur, ut simplicis perspicuaeque dictionis Isocrateae plane te oblivisci necesse sit, si haec ita Isocratem scribere potuisse concessurus sis? Occurretur autem nobis et quidem a sollerter eruditeque quaerentibus, liceatne ita Isocratis verba reconcinnare, ut hiatu foedissimo orationem laceremus (§ 11 .... *δύνηται.* [§ 12 *μέγιστον ... ἐπιχειροῦσιν*], § 13 *εἰ* ...). Qui velim accuratius inspiciant extremas § 12 partes: sana in iis non est sententia; neque enim 'is in arte oratoria exercitatissimus est, qui pro dignitate verum dixerit, neque vero *proferre possit, quae ab aliis arte inventa fuerint*', sed 'qui pro dignitate rerum dixerit *quemque ingenii tenuitas non cogit ut aliorum inventis utatur*'; expectamus igitur *δέηται* pro *δύνηται*, quod inter oratoris verba recipere non dubitarem, nisi ex insequentis paragraphi intercalatione omnia hic vacillare appareret. Sed hoc demonstrasse mihi videor, non bene *δύνηται* se habere nec posse inde contra suspicionem, in quam totam paragraphum vocavi, iure aliquid moveri.

17, ad XIV 5
(p. 63).

Locus Prisciani tam corruptus est, ut, priusquam ad Isocratem nos convertamus, grammatici verba restituere coacti simus. Legimus: '*Attici οὐχ ὅπως τόδε οὐκ ἐγένετο* ⟨*ἀλλ᾽ οὐδὲ τόδε et rursus οὐχ ὅπως τόδε οὐκ ἐγένετο*⟩ *ἀλλὰ*

[ad XIV 5 XIX 24. *τόδε καὶ τόδε*], quibus in verbis ea, quae uncis inclusi, cum in *VRMO* a prima manu omittantur, submolestae sunt fidei; et cum exempla hanc ad regulam comprobandam ex Isocrate petita non *οὐχ ὅπως οὐ* (-*ἀλλὰ*) praebeant, sed *οὐχ ὅπως* (-*ἀλλὰ*), altera in parte necessario ea, quae a manu recentiore addita sunt, correctione indigent; rescribe igitur *οὐχ ὅπως τόδε οὐκ ἐγένετο* ⟨*ἀλλ' οὐδὲ τόδε καὶ τόδε et rursus οὐχ ὅπως τόδε ἐγένετο*⟩ *ἀλλὰ τόδε καὶ τόδε.* Corrigunt porro vestigia Priscianeorum librorum *ΟΥΤΩΝ* (in *VV*R*O**) aut *ΟΙΤΩΝ* (in *M*) aut *ΟΥΤΟΝ* (in *O*) ad unum *R* qui *οὕτως* praebet; sed cum *οὕτως* ante consonam non apud Isocratem patiamur, libentius *ΤΟϹΟΥΤΟΝ* fuisse quam *οὕτως* crediderim; *τοσοῦτον δεῖν* habent Plat. Men. 71ª et Luc. Icarom. 6, quamquam his quoque locis scite fortasse genetivos nunc inferunt. — *δεομένων* librorum recte in *δέομεν* contraxerunt; ultima syllaba ex sequente *τῶν* nata est. — Post Isocratea grammaticus exemplum Lysiacum infert, quo negativam particulam interdum apud Graecos abundare demonstret; sed cum omnino non dixerit, quomodo Romani Graecum *οὐχ ὅπως οὐ κτέ.* verterint, intercidisse necesse est quaedam, in quibus fuerint qualia: '*nostri non modo non — sed ne — quidem*' et *rursus* '*non modo — sed*'. — Et quanquam aegre Priscianum restituimus, nos quid inde ad Isocratem utilitatis redundet quaerentes nihil lucratos esse facile intellegimus. Licet enim *οὐχ ὅπως οὐ — ἀλλ' οὐδὲ* Priscianus in exemplo suo legisse sit putandus, tamen Isocrati alterum illud *οὐ* non obtrudemus; cf. XI 41. XII 270 [ep. 4,6], neque ut *οὐχ ὅσον οὐ — ἀλλ' οὐδ'* (Thuc. II 62, cf. Schol. ad h. l. *οὐ μόνον οὐ* et Suid. v. *οὐχ ὅσον*) ita *οὐχ ὅπως οὐ — ἀλλ' οὐδὲ* dici posse nobis sumemus. — *τοσοῦτον δέω* autem Isocrates non dicit[1]); quod vero *οὔσης* apud Priscianum legimus, propterea nihil valet quia ex insequentium verborum lectionibus haec quoque immutatio suspecta fit; neque enim dicunt Attici '*συνθήκη*' pro '*συνθῆκαι*'.

18, ad XIX 24
(p. 70).

Ego *ἐπεδειξάμην* Prisciano reddidi, cum Hertzius *ἐνεπεδειξάμην* ediderit; id enim quod iam Coraes (ed. vol. II 344) monuit, lectionem Priscianeam '*ἐνεπεδειξάμην*' scribae male attento deberi, non falsum est; requiri dicit aut *ἐνεδ.* aut *ἐπεδ.*: *δηλοῖ . . . δὲ καὶ τὰ παρατεθέντα ἐκ τοῦ Ῥωμαίου κωμικοῦ παραπλησίου πλεονασμοῦ παραδείγματα* '*ad eum*

[1]) Quod VII 48 in *ΓΕ* legitur *τοσοῦτον γὰρ ἔδιον* correctum est ex ς in *τοσούτου*; contra *τοσούτῳ δεῖς* ς ex *Γ* medicinam '*τοσούτου*' nactum est.

[ad XIX 24. *adeat' καὶ 'ad eum advenis'*. Et cum verum hoc quoque eum vidisse ego non dubitem concedere, negaverint autem editores, operae pretium videtur denuo rem tractare. Etenim si percurris exempla, quibus usus Priscianus demonstret abundare aliquando praepositiones et apud Romanos et apud Graecos: 'Isocrates: *ἐν αὐτοῖς .. ἐνεπεδειξάμην*; Terentius: *accedo ad, accedo ad, adeo ad, adeo ad, advenio ad.* — Isocrates: *συνακολουθεῖν μετά*; Aristomenes: *ξυνεῖναι μετά*; Isocrates: *συνδιατρίβειν μετά'* — haec, inquam, si percurristi, fieri non potest, quin quo consilio ea digesta sint intellegas; in Latinis enim omnibus eaedem utique praepositiones iterantur, et quae in Graecis sequuntur ei soli non ex eadem ratione dispositae esse videbuntur, qui sermonem Atticum praepositionem *σύν* respuere nesciat; sed grammaticus, cum haec Graeca exempla *(συν-: μετά)* ad rem comprobandam minus apta potuerit putare, illa non ante Latina, quo assolet, sed post haec posuit: cur igitur primam sedem uni Isocrateo loco concessit? nimirum quia ad amussim aequiperavit Latina (*ἐν-: ἐν*). Hoc si recte disputavi, Prisciani lexigraphus *ἐνεδειξάμην* — *ἐν* legit; cui sententiae fulcrum fortasse ex optimo libro Priscianeorum subicere licet; codex *R* enim pro *ἐνεπεδειξάμην* habet *ENΠEΔEI-* Π *ΞΑΜΗΝ*, i. e. *ENEΔEIΞAMHN*; lectioni *ἐνεδειξάμην* cum cx libro nostris Isocrateis simillimo *Π* superscriptum esset, ita ut correcturae locum teneret, postea, ubi illud *Π* iuxta *N* in textum perquam receptum est, tandem fiebat, ut etiam *E* interponeretur. Isocratis igitur libri cum *ἐπεδειξάμην*, *ἐνεδειξάμην* Priscianei praebeant, quaestio suboritur utra lectio praeferenda sit. Neutra autem dictionem ab oratoris usu alienam inferente [1]) si ad solam fidem testium rem diiudicare coacti sumus, codices sequemur, quippe inter quos optimus *Γ* sit. — Restat ut dicam, quo iure ultimum exemplum Priscianeum ex Isocrate petitum coniunxerim supra cum Aristomenis versibus, quanquam haec sunt interiecta: *Κρατῖνος ἐν Νεμέσει* · '*μεθ' ὑστέρῳ χρόνῳ'* [2]), *Virgilius in V (321)* '*spatio post deinde relicto | Tertius Euryalus.* At videas velim — si neglegis in-

[1]) *ἐνδείκνυμι ἐν*: VII 37; *ἐπιδείνυμι(-μαι) ἐν* IV 91. VI 102. VIII 95. IX 61. XV 315. XVI 25. XX 13. — II 19. III 39. IV 85. X 31. XV 24. Adnoto Antiph. V 80 pro *δεδειγμένον ἔσται* Jernstedtium non recte per *δεδογμένον ἴσται* reponere velle: cf. Isocr. II 10. 49 IV 165 VI 4 — IV 49.

[2]) Accuratius vellem Kockius inspexisset ipsum Priscianum, ne Meinekii coniecturam haud ita felicem recoqueret neu nos suum ipsius *μεθυστέρῳ χρόνῳ* cogeret concoquere; vidisset enim necessario adverbium desiderari, quod et praepositionis vicibus fungi possit et significet idem quod *ὑστέρῳ χρόνῳ*, veluti Hyperideum illud *μετὰ ταῦτα ὕστερον*; adverbium autem istud est ipsum id *μετὰ*, quod iuxta '*ὑστέρῳ χρόνῳ*' abundat; optime igitur Hertzius coniecit *μεθ' ὑστέρῳ χρόνῳ*.

[ad XIX 24. 46] sequens Isocrateum — sequi ʿὙπερείδης· . . ʿμετὰ ταῦτα ὕστερον κτἑʾ, *Virgilius in VIII (546)*: ʿ*Post hinc ad naves graditur sociosque revisit.*ʾ Quae igitur de praepositionibus abundantibus Priscianus protulit, duas in partes divisit: prior est de abundantia apud verba cum praepositionibus coniuncta, posterior de abundantia apud alias notiones observatis. Novissimus autem locus Isocrateus ex illa hanc in posteriorem falso illatus est.

19, ad XIX 46
(p. 70).

1. Quae ego ut Priscianea dedi verba non in editionibus feruntur; explicabo igitur qua ratione coactus ab editoribus recesserim. Ac primum quod mutant librorum omnium Priscianeorum *IΔION* in *HΔION*, quae coniectura propter seriorem Graecorum literae η pronunciationem haud parvam verisimilitudinis speciem prae se fert, non comprobo; namque accuratius si quaesiveris, quae literae male a scribis Priscianeis inter se permutatae sint, saepissime *I* in *Y* aut *T* aut *Π* abire invenies, nusquam in *H*, cuius in locum tanquam solemni Italorum ex more *E* cedere solet. — Tum μᾶλλον πολὺ edunt, cum hoc Priscianum aut eius auctorem in libris manuscriptis Isocrateis legisse omnium maxime veri dissimile sit, quia verba illa particula ἤ excipiuntur. — Quanquam denique ex iis, quae editio Hertziana praebet, nobis quid grammaticus voluerit divinare licet, tamen planius atque distinctius illum dixisse credo. De μᾶλλον hoc loco agi ordo literarum alphabeticus evincit; et cum Latini ʿ*magis*ʾ et ʿ*maxime*ʾ augendi gradus comparationis causa coniungant cum ʿ*multo*ʾ, itemque Graeci dativum in formulis πολλῷ μᾶλλον (μάλιστα) usurpare possint, nonne mirum esset, si Priscianus eam solam constructionem protulisset, quae a sermone Latino discrepat, eam vero, qua linguas inter se consentire evincere potuit, de more suo omisisset? Desideratur igitur nostro loco memoratio formularum ʿπολλῷ μᾶλλονʾ et ʿπολλῷ μάλισταʾ. Dixerit quispiam: quid contra te non pugnat quod grammaticus exemplum petiit ex Isocrate, i. e. ex scriptore apud quem πολλῷ his in notionibus frustra quaesiveris, cum ille semper πολὺ μᾶλλον et πολὺ μάλιστα dixerit (cf. p. 139 sqq.)? At nihil is monebit, quia praepositio illa ʿ*pro*ʾ, quae apud Priscianum post verba Isocratea traditur, clamat fuisse apud eum aliquid, quod idem significans atque πολὺ grammatico Romano usitatius fuerit. Utrum autem fuit Romanis usitatius, πολὺ an πολλῷ? certe dativus, ut qui aptius cum ablativo posset componi. Quamobrem non dubito, quin sic Priscianus scripserit: „*Isocrates* Αἰγινητικῷ· ἐκ ποίας δ' ἂν οἰκίας ἄλλον ἴδιον υἱὸν εἶδεν αὐτῷ πολὺ μᾶλλονʾ *pro* ʿπολλῷ μᾶλλονʾ ⟨*καὶ*⟩ πολὺ μάλιστα

[ad XIX 46 *καὶ πολλῷ μάλιστα*; *nostri* ʿ*multo magis*ʾ *et* ʿ*multo maxime*ʾ et q. sq. Opposuisse autem hoc loco grammaticum sermonis Latini usum Graeco inde apparet, quod non legimus ʿ*similiter nos*ʾ vel ʿ*nos quoque*ʾ vel ʿ*quomodo et nos*ʾ vel ʿ*hinc nostri*ʾ, quibus formulis in consentiente linguarum consuetudine uti solet, sed quod unum istud ʿ*pro*ʾ deprehendimus, quod idem valet ac simplicia illa ʿ*Romani*ʾ vel ʿ*nostri*ʾ, contrarium inferentia. Atque recte nos hoc disputasse ex Prisciano ipso (XVIII 271) perspici licet, ubi legimus: ʿ*Attici* ʿ*πολὺ μᾶλλον*ʾ *καὶ* ʿ*πολλῷ μᾶλλον*ʾ *καὶ* ʿ*πολὺ μάλιστα*ʾ; *nostri ad ablativum* ʿ*multo magis*ʾ *et* ʿ*multo maxime*ʾ, quae sequitur locus Platonicus. Neque vero mirari licet, quod Priscianum idem bis proferentem facio; talia enim in lexico, quod adhibuit, saepius fiebant; cf. quae de voce ʿ*τρόπος*ʾ praecipiuntur p. 306,6; 333,15; 337,19, aut de ʿ*χρόνος*ʾ p. 343,5. 349.6. 369.5. Attamen plane idem dici utroque eorum loco, quos tracto, vix concesserim, quia nostris in verbis regulam deprehendimus aliquanto magis generalem,[1]) cum XVIII 271 non summatim de ablativo comparativis adiciendo, sed de singularibus notionibus ʿ*multo magis*ʾ et ʿ*multo maxime*ʾ praecipiatur.

Sed haec hactenus; iam quaeritur, lexicographus, cum daret *ἐκ ποίας δ' ἂν οἰκίας ἄλλον ἴδιον υἱὸν εἶδεν αὐτῷ πολὺ μᾶλλον*, utrum verba Isocratea *ἐκ ποίας δ' ἂν οἰκίας ἥδιον εἶδεν υἱὸν αὐτῷ κατὰ τοὺς νόμους εἰσποιηθέντα μᾶλλον* in brevius contraxerit, an ex libro manuscripto Isocrateo sua hauserit. Atque lacunosum nostrum locum fuisse inde facile perspicitur, quod *υἱὸν* in ϛ deest, in *Γ* p o s t *εἶδεν* legitur, apud Priscianum a n t e *εἶδεν* deprehenditur. Quid? verisimile nonne est, etiam alia eaque plura male se illo loco habuisse? Ego vero credo, quia Prisciani lectione plenam sanamque praeberi sententiam persuasum habeo; age, verte verba illius: ʿqua autem ex domo alium (alienum) ut proprium sui ipsius filium libentius vidisset quamʾ et q. sq. Haeccine non idem sibi volunt quod librorum Isocrateorum lectio? Itaque cum iam eo redacti simus, ut duas nostri loci lectiones nos habere intellegamus, seligenda est utra comprobatione sit dignior. Quae res ideo facile diiudicatur, quia verba sequentia *ἢ ταύτης ἐξ ἧσπερ καὶ φύσει παῖδας ἐξήγησεν αὐτῷ γενέσθαι* requirunt, quae ipsis opponantur; quae cum ita sint, verba *κατὰ τοὺς νόμους εἰσποιηθέντα* ab Isocrate profecta esse certo colligimus. Quodsi haec ex Isocrateis libris receperimus, reiciamus necesse est voculas ʿ*ἄλλον*ʾ ʿ*ἴδιον*ʾ ʿ*πολὺ*ʾ quae, ne omissae illae (*κατὰ τ. ν. εἰσπ.*) vicariis egerent, adiectae erant. Quanquam autem ad oratorem

[1]) Hoc evincit exemplum Vergilianum (Aen. I 347): ʿ*Pygmalio scelere ante alios immanior omnes.*

[ad XIX 46] emendandum longa hac ex disputatione lucrati nihil sumus, tamen hoc unum videor mihi demonstrasse, lexicographum adhibuisse codicem Isocrateum, in quo verba *κατὰ τοὺς νόμους εἰσποιηθέντα* non legebantur; extitisse deinde qui locum ita resarcire conatus sit, ut voce q. e. *ἄλλον* adiecta *ἥδιον* in *ἴδιον* mutaret; tum eundem *πολὺ* ante *μᾶλλον* addidisse, quo facto comparatio accuratius exprimeretur. Vidimus quid corrector voluerit; restat ut adiciamus muneri suo eum minime parem sese praestitisse, cum tam male sententiae consuleret, ut genuina verba nobis nunc ex libris Isocrateis repetenda essent. Nihilo secius cum in his quoque vestigia antiquissimae corruptelae agnoscantur, ratione coacti statuimus, libri omnium archetypi lectionem nostri loci nescio quomodo male mulcatam fuisse, quam ad sanandam duo correctores diverso ingenio ac successu usi criticam artem exercuerint.

2. Isocratem *πολύ*, non *πολλῷ* ante comparativos posuisse iam Benselerus docuit ad Areop. p. 96 paucaque exempla repugnantia ex *Γ* correcta sunt veluti III 57 VIII 145; neque vero mutandum est *πολλῷ κρεῖττον*, quod omnes libri [Isocr.] I 10 praebent, quia hunc locum noster non scripsit. Contra dicit orator *ὀλίγῳ πρότερον* IV 66. V 122. VIII 48. 63. 121. IX 48. XII 53. 63. 95. 116. 219. 231. XV 93. 95. 103. 243. XVIII 33. XIX 10 [ep. 9,18]; *ὀλίγῳ μακρότερα* IV 73; *ὀλίγῳ πλείους* IV 144. *ὀλίγῳ μείζω* III 34. *ὀλίγῳ δ' ὕστερον* VIII 34. *μικρῷ δ' ὕστερον* XII 231; at ut hiatum vitaret *ὀλίγον ὕστερον* posuit XII 199. Tres relinquuntur loci IV 72 *οὐ πολλῷ δ' ὕστερον*, X 26 *οὐ πολλῷ δ' ὕστερον χρόνῳ* (*τὸ γένος ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνισεν*) XXI 3 *οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον*, ex quibus, cum in primo exemplo *πολὺ* expectemus, Aristotele auctore (rhet. III 9) id, quod usus poscit, restitutum volo; locus autem XXI 3, cum tota oratio ita non ut nos eam legimus ab Isocrate profecta esse videatur, neglegendus est; superest igitur unum exemplum X 26, ex quo Benselerus (ad Areop. 166. 255) *χρόνῳ* collatis verbis VIII 34 '*ὀλίγῳ δ' ὕστερον*', quae nihil hic probent, removere studuit, cum simul melius vocem illam propter insequentia *περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους* (§ 27) abesse censeret (ed. praef. p. XIX ann. 9); adversatus est Fuhrius (animadv. p. 31, ann. 2). Ego vero omnino locum non intellego: an Theseus Centauros revera de medio sustulit? Quid faciendum sit nescio; requiro sententiam — non ipsa verba — huiusce fere modi: *τούτους μάχῃ νικήσας εὐθὺς μὲν αὐτὸς τῆς ὕβρεως ἔπαυσεν· οὐ πολὺ δ' ὕστερον χρόνος τὸ γένος ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνισεν.* — Ad quaestionem hanc pertinent etiam *ὅσῳ* et *τοσούτῳ* apud comparativum; *ὅσῳ* VIII 58. XII 56. XX 9. *τοσούτῳ* X 16. 60. XII 15. XVI 16. XVII 45. XVIII 48; respondent inter se *τοσούτῳ* — *ὅσῳ* IV 23. XV 154 — *ὅσῳπερ* III 38. 40. VIII 75. IX 57. X 11. 55 .XI 3. XII 11 (*ὅσῳ περὶ*

[ad XIX 46. omisso *περ ς*), 247. XIV 36. XV 49. 72. 278. XX 12. [ep. 2,15]; itaque recte *τοσοῦτον* resp itur IV 172 (*Εϛ*) et VI 14 (*Θϛ*), ubi *Γ τοσούτῳ*; contra apud verba *δύνασθαι, διαφέρειν, μέγα φρονεῖν, διελθεῖν* aliaque id genus *τοσοῦτον* — *ὅσον* legi consentaneum est: IV 21. 83. VIII 43. 54 (male *τοσούτῳ* BA. 135,3). 96; etiam *τοσοῦτον* — *ὅσονπερ* V 90. X 49. XII 121. XV 63. XVIII 15 [ep. 5,5]. Alia autem eorum est enuntiatorum ratio in quibus prius comparationis membrum comparativum continet, posterius illo caret, ita ut ad comparativum dativum accedere necesse sit, ad alterum membrum accusativum: *τοσούτῳ* — *ὅσον* (cf. Kühner AGr. II 999 sq.; Schneider ad Isocr. I 5): [*τοσούτῳ μᾶλλον* — *ὅσον οἱ* I 5]; *τοσούτῳ* (-*τὸν* Dion. de adm. v. dic. in Dem. c. 19: -*τῳ* ibid. c. 17 ut Is.) *δὲ χείρους* — *ὅσον ἐκεῖνοι* (*ὅσῳ Ε*[1]) VIII 47. *τοσούτῳ δὲ* (-*τον* Prisc.) *μακαριστότεροι* — *ὅσον οἱ* VIII 143. *τοσούτῳ* (-*τὸν ς*) *δὲ χεῖρον* — *ὅσον οὗτοι* XI 19. *τοσούτῳ πλέον* — *ὅσον ἐγὼ* XI 22. *τοσούτῳ δὲ χείρους* — *ὅσον οὗτοι* XIII 20. Hisce locis *ὅσον* semper excipit vox a vocali incipiens, ut oratorem hiatum vitandi gratia accusativum posuisse fortasse cogitare liceat; at secus statuere nos cogit locus XVI 36 *τοσούτῳ* — *ἀμείνων* — *ὅσον τοὺς*, quanquam adlaturos esse scio X 61 *ὧν Ἑλένη τοσούτῳ πλέον ἔσχεν, ὅσῳπερ καὶ τὴν ὄψιν αὐτῶν διήνεγκεν*. Neque vero probo, *διήνεγκεν* comparativum quasi inclusum tenere, ita ut *ὅσῳ* bene se habeat; *διαφέρειν* apud Isocratem semper *τοσοῦτον* adsumit: semper ergo *ὅσον*; quantocius corrige in Helenae loco *ὅσονπερ*, neque enim accesativo (*τὴν ὄψιν*) qui prope sequitur legis laedendae ansam verbis inferri credo. I 33 *τοσούτῳ μεῖζον* — *ὅσῳ τὰ* 38 *τοσούτῳ γὰρ κρείττων* — *ὅσῳ τὰ* inter Isocratea non refero. Prolatis hisce *ὅσον* oratorem posuisse ʽwenn — ein Hiatus vermieden werden sollteʼ non concesserim, quanquam bene novi, quam saepe a solita sua dicendi consuetudine recesserit ille hiatum reformidans; cuius studii magis illustria exempla me non invenisse confiteor quam *ἢ σφᾶς μὲν* IV 11 et *ὅτι σφεῖς μὲν* XII 257 [1]) cum Isocrates semper *αὐτοὶ κτἑ.* dicat; *σφῶν αὐτῶν* et *αὐτῶν* usurpatur ita, ut certa ratione in iis discernendis usus esse non videatur, quanquam observare

---

[1]) Scio equidem coniunctionem vocum *ὅτι αὐτοί*, quam solemnis usus pronominis reflexivi Isocrateus requireret in enuntiato nostro: ʽ*ἐξεῖναι γὰρ εἰπεῖν αὐτοῖς, ὅτι σφεῖς... οὐδεμιᾷ.. τῶν... πόλεων ἠκολούθησαν*ʼ, minime hiatum efficere qui ferri nequeat, praesertim cum Panathenaici oratio non eadem qua ceterae pertractata sit cura. At quid movit oratorem, ut voculam ceteroquin longe reiectam huc adscisceret? aut hiatus cogit fuga aut, id quod fortasse haud ita vehementer respuendum, incuria pellexit senis sermonem leniore iam lima retractantis. — Accuratius quamvis non absolute egit de artificiis, quibus usus Isocrates vocalium collisum evitare studuerit, C. Schwabe l. c. p. 17—26.

[ad XIX 46. XXI 8 sane licet pronomen compositum pro simplici eum adhibuisse, ubi fuga hiatus cogeret.

20, ad XXI 8 (de attractione pronominis relativi) (p. 71).

Si forma orationis, qualem nos habemus, ab Isocrate profecta esset (cf. p. 7 ann. 2), *οἷς* ex AB. sine dubio reciperem; nunc cautione maiore usus nihil statuo nisi verisimillimum esse genuinam lectionem a lexicographo esse servatam: hoc enim suadet usus Isocrateus: [I 45] IV 14. 83 [1]) 177. 188 (*φλυαρεῖν* c. acc. V 75); V 122. VI 96 (*ἧς Γ*: *ἣν Θς*). 105. VII 81. VIII 64. IX 11. X 41 (*ἧς Γ*: *ἣν Δς*) XI 1. XII 39. 57 95. 197. 265. XV 42. 43. 48. 113. 163. 249. [ep. 3,2]. — III 5. VI 61. VII 15. VIII 16. 32. 102. X 9. XII 28. 171. 212. 223. XV 32. 98. 151. 253. 263. XIX 1. *αἷς ΤΕ*: *ἃς ς*). Relativum igitur substantivi casum semper induit, nisi compluribus vocibus interiectis ab illo longius remotus (tres voces attractionem non prohibent: XII 39. XV 42), aut hiatus evitandus est, veluti V 130. *τῇ δυνάμει ταύτῃ χρώμενος ἣν ἔχων τυγχάνω*, ubi *ᾗ ἔχων* scribere non potuit. [2]) — Peiores libros saepius mendosos hac quoque in re esse loci allati probant. — Attractionem ita, ut nuper Carolus Bohlmannus (de attractionis usu ac progressu qualis fuerit in enuntiationibus relativis apud Herodotum Antiphontem Thucydidem Andocidem Lysiam, diss. Vratislav. 1881) fecit, non tractabo; in universum professus apud Isocratem omnia illius genera quae ex Lysia Bohlmannus memoravit inveniri, pauca selecta exempla perlustrabo. *οἷος* substantivi casui adaptatum est IX 48 *τοιούτοις ἤθεσιν οἵοις Εὐαγόρας εἶχεν*; genetivum dativus oppressit VIII 12 *πολεμεῖν οἷς ἂν τύχωμεν*; alterum exemplum attractionis qualis est in verbis XII 195 *πλείοσιν κακοῖς καὶ μείζοσι συμφοραῖς περιπεσόντες ὧν* (= *ἢ τούτοις ἃ*) *ἤλπισαν τὴν πόλιν ἡμῶν ποιήσειν* non inveni. Non amat praepositionem ante relativum, si substantivum cum eadem ipsa coniunctum antecedit, iterare: XV 8 *διαλεχθῆναι περὶ ἁπάντων ὧν τυγχάνω βουλόμενος*; XIV 48 *ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν αἷς ἐποιησάμεθα παιδευομένοις* (hunc locum ut totam orationem Lesbonax in protrepticis imitatus est p. 653,21 Bk.: *στερισκόμενοι τῶν ἐλπίδων ἐφ᾽ αἷς ἐτράφησαν*); neque vero cum Blassio X 31 *ἐν*, quod omnes libri praeben', ante *αἷς* deleverim; ferri potest, modo

---

[1]) *ἧς* post *δόξης* propter homoeoteleuton in archetypo omissum erat a $Γ^1$; additum tum a $Γ^3$ non quale debuit relativum ad E^1Z formatum (*ἣν*); vulgatae corrector verum invenit (*ἧς*).

[2]) *τῆς δυνάμενος ἣν ἔσχον* legitur in epistula ineptissima (5,1); Baiter *ἧς* praeponens suppositorem correcturus erat.

[ad XXI 8. ep. 4,11] ne de *μάχην ἀγωνίζεσθαι* cogites (Kühner AGr. III 478). Huc referendus etiam est locus XV 176; etenim cum Isocrates non *σπουδάζειν τι*, sed aut *σπουδάζειν περί τι* aut *περί τινος* (e. g. XII 103) dicat, 'ἢ περὶ ὧν' in verbis *χεῖρον τύχω διαλεχθεὶς ἢ περὶ ὧν ἧττόν μοι σπουδάσαι προσῆκεν* pro *ἢ περὶ τούτων-περὶ ὧν* dictum esse necesse est concedamus. — Duo restant loci VI 39 et XV 211: ibi legimus in *Γ τοῖς δὲ λίαν ἑτοίμως ποιοῦσι τὸ προσταττόμενον ἀεὶ πλείω (εἰώθασι) προσεπιβάλλειν, οἷς ἂν ἐξ ἀρχῆς διανοηθῶσιν*; ς praebet *ὧν* (*Θ ὧς* ex *οἷς* natum); ego duplicem dativum (personae et rei) non passus ex ς *ὧν* recipio. — XV 211: (*παιδείαν*) *ἥ τις ἂν αὐτοὺς ἐπί τι τούτων ὧνπερ καὶ τὰ θηρία δυνηθείη προαγαγεῖν* praebet *ὧνπερ* pro *ἐφ' ἅπερ*, cuius attractionis alterum exemplum ut expiscarer non mihi contigit: fuitne *ὥσπερ*? Denique virorum doctorum animos ad V 47 *ἡττηθέντες ὧν πρότερον ἐδέσποζον* advertere velim; namque cum in thesauris nostris recte vocis '*δεσπόζειν*' usus ita definiri videatur, ut *δεσπόζειν τινός* sit 'potiri', *δεσπόζειν τινά* 'dominum esse', hancque sententiam hic nos expectemus, *ὧν* pro *τούτων ἃ* positum esse concludendum est; ut vero vox omnino apud oratores rarissima est, ita vocis cum accusativo coniunctae alterum tantum hoc exemplum unico illi, quod semper adferunt, Eur. Her. 28 *τὴν ἑπτάπυργον τήνδε δεσπόζων πόλιν* [1]) addendum est. — [I 41] *δύο ποιοῦ καιροὺς τοῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν οἶσθα σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν* non expedio, nisi *καιροὺς* pro *καίρια* dictum esse sumo.

21, ad ep. 4,11
(p. 72).

Epistula quarta Isoscrates, ut fertur, Diodotum quendam ipsius discipulum Antipatro Macedoni commendat; dicit autem finem versus aliquatenus iuvenem istum et sui ipsius imperitia et regii Macedonici splendore angi; huc accedere corpusculum non tam formosum quam maculis quibusdam laborans, quas sibi multis in rebus impedimento fore crederet. Novissima verba secundum Urbinatem verti, traduntur autem ab aliis testibus aliter:

omnes: *τὸ σωμάτιον οὐκ εὐκρινὲς ὂν tum*
(*Γ*) *ἀλλ' ἔχον ἄττα σίνη νομίζειν*
(Prisc). *ἀλλ' ἔχον ἀνάστασιν ἢ νομίζειν* } *iterum omnes ἐμποδι-*
(BA.) *ἢ νομίζων* (?)
(ς) *ἀλλ' ἔχον πρόφασιν ἣν νομίζειν*
εῖν αὐτὸν πρὸς πολλὰ τῶν πραγμάτων.

---

[1]) Fac esse *δεσπόσας*, ut videas *δεσπόζων* hic nihil aliud quam 'dominans' significare posse.

[ad ep. 4, 11 Locus tractatu est difficilis; hoc primum ex ceterorum testium consensu perspicitur, ἣν ς coniecturae deberi; ii autem, qui ἢ scripserunt, nescio an id quod scripserunt non intellexerint; ego nec Prisciani verba expedio neque omnino perspicio, quomodo locus particula ἢ servata explicari possit; hoc, credo, etiam auctor coniecturae vulgatae sensit, ita ut reposita antea voce q. e. *πρόφασιν* scriberet ἣν; quam lectionem nisi interpretaris ʻincrementum morbi [propter quod]ʼ vereor ut sanam sententiam efficias. Licet autem recepta hac interpretatione intellegamus locum, Galenum Hippocratemve *πρόφασιν* sic usurpasse libenter concedo, non Isocratem. Reducimur igitur ad Urbinatis *ἄττα σίνη*: quid? *σίνη* Atticum est? non magis est Atticum quam *ἄττα* illud est Isocrateum [1]); orator enim noster dixisset, si minus *κακά τινα*, at certe *σίνη τινά*. Sed cum omnes testes — BA. sane excipienda sunt — *ΑΣΙΝΗ* praebeant verearque ut sententiae meliorem medelam quam Urbinatis invenias, *ἄττα σίνη* statuo auctorem epistulae dedisse. Quae cum ita sint, via ac ratione progrediens cogor, ut epistulae auctoritatem in dubitationem vocem; huicque meae sententiae haud paullum id suffragatur, quod aliae quoque voces obviae sunt, quas apud Isocratem frustra quaesiveris: *διαγωγαί* (2) pro *ὁμιλίαι* vel *βίος*, *συνημερεύειν* (4), *ἐφέλκεσθαι* (6), *ὀκνηρῶς* (8), *εὐκρινής* (11), *σωμάτιον* (11) [2]) *πρεσβυτικός* (13) *προσφιλής* (13): accedit poeticum *λιγυρώτατον* (4). quod in loco omnis coloris plane experti a dictione Isocratea mirum quantum distat; neque omittenda sunt quae iam Blassius monuit *ἀξιόχρεων τὸν ὄγκον τὸν τῆς ψυχῆς ἔχοντες* (5), *εἰς τοὔμπροσθε πειραθῆναι προελθεῖν* (10); huc referendum quoque nimium comparandi studium ab Isocrate plane alienum quod obvium est § 8. 10. 11. 12; frigent praeterea verba *τῶν ἅπαντα μὲν πρὸς χάριν, μηδὲν δὲ χάριτος ἄξιον λεγόντων* [3]); denique omnis componendi artis expers esse videtur, qui ad enunciatum *ὃ καὶ Διοδότου παθεῖν συνέπεσε παρά τισι τῶν περὶ τὴν Ἀσίαν δυναστῶν, οἷς περὶ πολλὰ χρήσιμος γενόμενος οὐ μόνον τῷ συμβουλεύειν ἀλλὰ καὶ τῷ πράττειν καὶ κινδυνεύειν, διὰ τὸ παρρησιάζεσθαι πρὸς αὐτοὺς περὶ ὧν ἐκείνοις συνέφερε, καὶ τῶν οἴκοι τιμῶν ἀπεστέρηται καὶ πολλῶν ἄλλων*

---

[1]) Contra *ἄττα* habet, at iis tantum locis quibus hiatus vitandus erat II 38 *ἅττ' ἂν σοι* III 47 *ἅττ' ἂν ἐγὼ* XVII 51 *ἅττ' ἂν ἐκεῖνος*; in hac quoque re scaenicis si minus omnibus, at comoedis comparandus est.

[2]) Isocrates deminutiva non habet nisi irridendi gratia — excipienda esse *χωρίον ἀργύριον χρυσίον σιτίον* consentaneum est —: *ἀργυρίδιον* XIII 4 *λογίδιον* XIII 20 *νησύδριον* V 145. XII 70 *παιδάριον* XIX 6 *πινάκιον* XV 2 *πολίχνιον* V 145. XII 89. *χρυσίδιον* XIII 4.

[3]) Scio equidem Isocratem alias quoque ita lusisse (cf. Schneider ad IV 119); at hoc in lusu nescio quid parum Isocrateum mihi videatur.

[ad ep.4,11 p. 78.] ἐλπίδων — paene rudis. inquam, mihi videtur, qui hisce quasi agglutinavit verba ʻκαὶ μεῖζον ἴσχυσαν αἱ τῶν τυχόντων ἀνθρώπων κολακεῖαι τῶν εὐεργεσιῶν τῶν ἐκείνου quique hoc ita inepte fecit, ut vix abs te impetreris ne μεῖζον γὰρ scribas: sed cohibe manum ne suppositori opituleris. Talia enim qualia enumeravi non excusantur Blassii verbis: ʻDem Antipatros gegenüber, dessen persönliche Bekanntschaft Isocrates in Athen wird gemacht haben. wird er vertraulicher, und es liegt ihm diesmal wirklich nur an der Sache und nicht daneben auch daran, ein Schaustück auch für andere als den Adressaten zu schreiben, da ja die Correspondenz mit dem feindlichen Makedonien geheim bleiben musste. So geht er im Ausdruck über die engen Grenzen, die er sich sonst steckt, bedeutend hinaus etc.ʼ (Att. Bereds. II 301 sq.). Quasi vero Isocrates quo simpliciores res tractavit, eo magis poetico magisque elato genere dicendi usus sit; talia ego credo non tam sermonis familiaris esse, quem in literis privatis nos reperturos esse expectamus, quam oratoris intempestive demonstrationis pompam prae se ferentis: quamobrem adversor Blassio, qui epistulae Isocrati abiudicandae nullam omnino causam vidit. [1])

22, de versibus quibusdam archetypi.
(p. 78)

Nunc cum archetypum Isocratis versus fere tricenos quinos vel senos vel septenos literarum habuisse novimus, quorundam locorum mendis si minus medelam, at lucem affere licere videtur. XV 288 post λυομένοις legitur τὰς ἑταίρας, glossema quod sine dubio ad τὰς μελλούσας spectat; rescribe priscos versus, ut videas, quam facile huc intrudi potuerit:

των συκοφαντων γενος ὡστε τοις μεν λυομενοις
εικοσι και τριακοντα μνων τας μελλουσας   τὰς ἑταίρας

VI 96 οὕτως om. $Γ^1$ / ἂν ἀλγήσειεν ΓΕ: ἀναγκάσειεν Θ, ἀναγκάσειαν ς (cf. XIII 21) / λόγου δηλώσειεν Γ: λόγων δηλῶσαι ς ʻvel cum Θ δηλώσῃʼ; quarum lectionum originem eruemus refictis versibus:

ουτως αν αλγησειεν ὡς ουδεις αν των ζωντων δια
λογου δηλωσειεν ὑπερ ὡν χρη βουλευεσθαι και μη

Locus lectu difficillimus effecit, ut scribae quid pingerent dubitarent.

---

[1]) Pauca haec de epistula quarta adumbrata volo; ceterum nullam ex novem epistulis quae Isocratis sub nomine traduntur, ab oratore nostro scriptam esse mihi persuasi, cuius sententiae rationes proferendi occasionem in posterius tempus mihi reservo.

[ad p. 78. Tertium addo locum IV 151, qua in paragrapho editores
86 explicaturi verba *ὡς ἂν ἄνθρωποι μάλιστα τὰς φύσεις διαφθαρεῖεν* haerent; adnotat Schneider ad haec: ʻsollte eigentlich heissen *διεφθαρμένοι, ὡς ἂν μάλιστα διαφθαρεῖεν*ʼ quod Reinhardtus (ed. p. 173) suo iure reiecit; non male Blassius: ʻqua vivendi ratione natura hominum maxime corrumpitur.ʼ Sed cum illam vivendi rationem Isocrates ipsis istis cumulatis participiis illustret, ita ut verba de quibus agimus omnia, quae participia continent, amplectantur, illa sedem suam non tenere contendo; haec, quae unum versum expleant, ante priorem versum posita optime se habebunt:

οὐδε -
πωποτ᾽ ἐβιωσαν, ἁπαντα δε τον χρονον διαγουσιν
ὡς ἀν ἀνθρωποι μαλιστα τας φυσεις διαφθαρειεν
εἰς μεν τους ὑβριζοντες τοις δε δουλευοντες
και τα μεν κτἑ.

Emendationem hanc pluribus defendere opus non videtur.

23, de glossematis et interpretamentis Isocrateis.
(p. 86)

Proferam exempla selecta quae comprobent, quam graviter libri nostri Isocratei interpretamentis et glossematis deformati sint.

VI 60 *πρώτους Γ* explicatum per *προγόνους* effecit, ut interpretatio reciperetur iuxta *πρώτους* in *E* (*προγόνους πρώτους*), in *Θς* commentandae vocis sedem occuparet.

ῥήτωρ
IX 40 ex archetypi *ἢ ποιητὴς ἢ λόγων εὑρετής*, in quibus *ῥήτωρ* ad *λόγ. εὑρ.* spectat, in *Γ ῥήτωρ ἢ ποιητὴς ἢ λόγ. εὑρετής*, in *ς ἢ ῥητ. ποιητ. ἢ λογ. εὑρ.* factum est; cf. quae de ep. 7, 6 disputavimus p. 85 ann. 1; *ῥήτωρ* ex V 144 desumptum.

XII 11 *τὴν προαίρεσιν ποιούμενος Γ*, quod per *αἱρούμενος* explicatum nunc in *ς* deformatum in *τὴν προαίρεσεν αἱρούμενος* legitur, quia *αἱρ.* supra *ποιούμενος* scriptum scribae ad solam hanc vocem spectare videbatur. — XII 199 *ὀλίγον Γ*: *ποιῶ ς*
ποιῶ
(*om Λ*); erat igitur *δι᾽ ἣν ὀλίγον*, in quibus *ποιῶ* adiectum est explicandi gratia enuntiati relativi supplemento indigentis.

XV 33 *καταμαρτυρήσων Γ καταψευδομαρτυρήσων ς EΔ*
ψευδο
ex *καταμαρτυρήσων*. — XV 71 *οὕτως Γ οὕτως ἀμελῶς ς*, quod ex insequente *ἀμελήσαντα* petitum glossema est ad antecedentia *μὴ ῥαθυμεῖν . . . βασιλείαν*. — XIX 48 pro *πρὸς τοὺς ἐκείνης Γ* in *Ξς* extat *πρὸς τοὺς ἐκεῖνον σώσαντας*, quod sententia sana, qua hic caret, glossema debuit esse ad *τοὺς τοιούτους* spectans; neque vero ei, cui voluit auctor, articulo sed ad *τοὺς ἐκείνης* adscribebatur. — XII 194 *ἐδέησε γράψας*

[ad p. 86 *κύριος* habet ς, quod Coraes in *ἐδέησε πράξας κύριος* reduxit, cum in Γ exstet *ἐδέησε κύριος*; mihi illud *γράψας* nihil nisi *γρ.* videtur esse non minus prave inter verba receptum quam *ἢ* XII 286, quod interpolatum *τέρπειν* secum traxit; fuit igitur nostro loco antiquitus scripturae discrepantia.

Qui Isocratis orationes interpretati sunt [1]), explicationes ex proximis cuiusque loci verbis haurire solebant.

IV 43 *σπεισαμένους Γ*: *σπ. πρὸς ἀλλήλους* ex insequentibus ς (cf. Benseler ed. 1854 ad h. l.). — VIII 32 *ἀμελοῦντες ΓΕ*: *ὀλιγωροῦντες* ex insequentibus *Ες*; VIII 91 *ἐπεθύμησαν ΓΕ*: *ἐπεχείρησαν* ς ex inseq.; VIII 102 *δυνάμεως ΓΕ*: *ἀρχῆς* ς, quod statim sequitur. VIII 135 *τὰς δυναστείας καὶ τὰς ἡγεμονίας Γ* Is$^{\alpha}$.: *τὰς ἡγεμ. καὶ σφᾶς αὐτοὺς* ς, respexit fortasse ad § 138. — IX 80 *ἀπὸ Διὸς* ς, recte: *ἐν Διὸς ΓΔ* ex eodem versu petitum, quod Isocrates repudiavit, non quod suum esse putaret ʽvariare praepositionesʼ (Blass. ad h. l.), sed quia de patre semper *ἐκ*, de proavis *ἀπὸ* dicit (Schneider ad IV 62), qui usus ratione certe non caret. — X 53 *διενοήθησαν ΓΔ*: *ἔγνωσαν* ς, cf. § 54. — XII 22 *ἀνεπιτήδειον Γ*^{1}: *ἀνεπιτήδειον τολμώντων cett.*, cf. § 12. — XIII 4 *τιμῶντες ΓΔ*: *πωλοῦντες* ς, ex antecedentibus. — XIV 19 *ἀναισχυντίας ΓΕ*: *καὶ πονηρίας* add. ς, cf. 28. — XIV 24 *γεγενῆσθαι ΓΕ*: *εἶναι ποιεῖν ὅτι ἂν βούλωνται* ς, cf. § 37. — XIV 45 *δεινότατον ΓΕ*: *ἀλογώτατον* ς, ex § 6, ubi eadem fere leguntur. — XV 170 *ἢ μισουμένην Γ ἢ διαβαλλομένην καὶ μισ. cett.*, cf. § 175. — XVI 9 *τελευτῶν Γ*: *τελευταῖον* ς, cf. § 26. 40. — XVII 14 *Πασίων αὐτὸν ΓΕ*: *Πασ. ὡς ἐλευθέρου ὄντος αὐτοῦ* ς, cf. antecedentia et §§ 17. 49. — XVII 34 *κατεσφραγισμέναι ΓΕ*: *σεσημασμέναι* ς, ex proximis. — XIX 20 *οἰκείους* ς: *οἰκέτας Γ*, cf. § 26. — XX 20 *μοι πεισθῆτε* ς: *σωφρονῆτε Γ*, cf. § 22. — ep. 2, 24 *τῇ τῶν Ἑλλήνων εὐνοίᾳ Γ*: *τ. τ. Ἑλ. εὐδαιμονίᾳ καὶ εὐνοίᾳ*, cf. § 22. — Eadem ratione XV 28 *ῥέποντας ἐπὶ τὸ πείθεσθαι τοῖς ἀνεπιτήδειόν τι λέγουσι περὶ ἡμῶν*, quae in *Θς* ad *πεπεισμένους* ni fallor traduntur, ex § 4 petita sunt ut ex § 5 verba, quae Blassius suo iure cancellis saepsit: *καὶ τοῦ πλούτου καὶ τοῦ πλήθους τῶν μαθητῶν.* — XX 8 *θανάτους καὶ φυγὰς Γ*: *σφαγὰς καὶ θανάτους* ς, quem ad locum ni fallor XV 127 magister attulit, ubi *φυγὰς* et *τῶν κακῶν τῶν ἀνηκέστων* et *αἱ τοιαῦται συμφοραί* redeant [2]).

---

[1]) Quae de his traduntur testimonia composuerunt Baiter-Sauppe, O. A. I praef. ad Isocr. p. II.

[2]) Omnino Blassius cum ex iis quos attuli locis complures fonte indicato illustravit tum sollerter in praefationibus (ed. vol. I p. VI sq. et vol. II p. V sq.) agens de mendis Urbinati insitis idem quod moneo aliquantenus iam significavit. Cf. etiam Bock, de codicis Isocratei Urbinatis (Γ) auctoritate (diss. Heidelb. 1883) p. 31. sqq., qui liber Analectis his praeter novissimas plagulas iam expressis mihi in manus venit.

[ad p. 86 Neque vero eidem viro docto secundarum curarum oratoris vestigia expiscato (ed. vol. II praef. p. XXXI) adsentior; neque enim animum induco, ut fingam mihi Isocrates quamvis singula orationum membra perpolite limantes, tamen edentes totos libellos ad unguem non perfectos. Ego vero in locis, quales XV 222. 223 sunt, paraphrasim, quam dicunt, vel potius enarrationem, quam magister nescio quis discipulis suis praebuit, servatam esse credo [1]; nam § 222 idem ac 220, et 223 idem ac 224 sq. continent; neque magis nova inferunt verba § 225 *ἀλλ' ἵνα — αὐτῶν*, quae nihil continent nisi quod etiam § 224 et 225 sq. legitur; [2] eundem autem § 223 et 225 (*ἀλλ' ἵνα — αὐτῶν*) auctorem evincit dictionis similitudo (*ἀλλὰ — ἀλλά*). — Neque aliter explicaverim verba VIII 133 in *Θς* tradita *ἢν οὖν ἀσκῆτε καὶ προσδέχησθε — πολιτευομένοις*, quae illustrant ambigua illa *ἢν συμβούλους — εἶναι βουληθεῖμεν*; indidem originem trahere duco VIII 134 *ἢν ἐπιχειρῆτε — πράττοντες* quae ibi servata sunt: interpretamenta enim videntur esse verborum *μηδὲ δεσποτικῶς ἀλλὰ συμμαχικῶς αὐτῶν ἐπιστατῶμεν*. — Enarravit porro magister verba XIV 46: *ἐκπεσόντες γὰρ ἐκ τῆς οἰκείας ἀθυμοῦντες καὶ ἀλώμενοι τὴν Ἑλλάδα περίιμεν* (in *ς*, cf. Xenoph. an. VII 1,33 [Dem.] ep. 3,38), ut inspectis quae in *Γ* traduntur facile agnoscitur. — Verba XV 98 *ἔχω γὰρ λόγον, ὃς ἐξελέγξει καὶ διαλύσει πάσας τὰς τοιάσδε* (*ς*, *τοιούτας Θ*) *βλασφημίας* in *ςΘ*, omissa in *ΓΔ*, suppeditant quae cogitatione inter enuntiata *καὶ μὴν — ὑμᾶς* et *ἀξιῶ γὰρ κτέ.* facillime quisque suppleat; ea autem si cum Havetio receperis, male loquentem oratorem feceris, qui si '*ἐκεῖνος ὁ λόγος*' accusatores respiciens scripsisset al-

---

[1]) Valde gavisus sum, quod, cum haec iam essent typis expressa, Havetium (le discours d'Isocrate sur lui-même p. 213) eandem fere ad sententiam devenisse vidi: 'Je ne puis m'expliquer cette variante..., qu'en l'attribuant à un maître d'éloquence ou de morale, qui a été mécontent de ce qu'Isocrate avait écrit, et qui a voulu le corriger dans son école.' In hoc dissentio, quod solam paraphrasim rhetoricam illas paragraphos praebere contendo.

[2]) Nescio an Blassius non recte § 231—235 idem atque § 306 308 continere contenderit, ut alterum secundis curis istis tribuere posset; ad quas hac ex ratione omnes res bis in eiusdem orationis argumentatione adhibitas referre licet: nempe neglecta quaestione, quem ad finem unoquoque loco eadem adhibita sint; §§ 231—235 viros Athenienses praeclarissimos orator antestatur, ut eloquentiae studio mores non corrumpi demonstret, contra 306—308 eosdem inducat, ut eloquentiae vacantium mentes hac arte acui comprobet; nihil igitur est quo facere cum Blassio cogamur; alio enim loco alium ad finem exemplis iisdem orator utitur minime is quidem neglegentiae vituperatione liberandus: at declamitat garrulus senex.

[ad p. 86 terumque *λόγον* ad sese rettulisset, non dubito quin daturus fuerit: *ἔχω γὰρ ʽκἀγὼʼ λόγον, ὃς κτἑ.* [1])

---

[1]) XV 136 *πόρους δὲ τῶν προγεγενημένων ἀνωνύμους εἶναι* quae in Γ^1 omissa et Γ rec. et ς traduntur ex singulis diversis glossematis conflata videntur et verbis genuis adaptata: *ἀνωνύμους* ad *ἀτίμους* (ratione verborum sequentium habita), *προγεγενημένων* ad *τῶν ᾀδομένων καὶ τραγῳδουμένων* spectat. -- Quid vero verbis XV 116 *ὧν ἔνιοι — γεγόνασι* in *ΕΘ Δ* rec. servatis faciam nescio. Contra quae VI 55 in ς leguntur *ʽτίνα δὲ τῶν περιισταμένων — ποιεῖσθαιʼ* interpolator composuit, postquam vera lectio *τίνας γὰρ ἴσμεν ὧν* (*Γ*) in *τίνας παριστ αμένων* (*ΘΛ*) abiit. Relinquuntur verba XII 133 *θέλοντας τούτους αὖ τοὐναντίον κακίστους ἑαυτοῖς τε καὶ τοῖς πολίταις εἶναι νομίζω*, quorum ultima ex § 132 *καὶ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους* composita sunt; adiecit ea interpolator, qui ignorabat, si inter se periodi duae relativae apodoses continentes opponuntur, particulam *δέ* in posterioris enunciati relativi apodosi ita poni, ut respondeat particulae *μέν* prioris apodosis: exempla Isocratea congessit Schneider ad VII 47; hunc usum recordatus tolle colon XII 110 in fine, ut reposito commate apodosin a vocibus *τοὺς δὲ τοιούτους* incipientem reddas verbis *τοὺς δὲ φαυλοτέρους — δοκοῦσιν.*

INDICES.

I.

Index fontium.

(ad cap. I)

Numeri maiores auctorum locos, minores indicant Isocratis; quibus primo in capite, iisdem hic cancellos adieci.

II.

Index locorum.

Locos quos stellulis insignivi, coniecturis temptavi. — Numeri minores dextrorsum maioribus insuper additi adnotationes indicant.

III.

Index rerum.

Addenda et corrigenda.

In textu:

Pag. 12. *post vers. ult. adde: ἐγὼ δὲ...ἐπανορθῶ*] Marcellin. in Herm. στασ. Rh. Gr. IV 193 W. — p. 15,10 *dele:* Damasc. II 13, 55. — p. 16, 21: X 563 (*pro* 536). — p. 19, 30 *adde*: 62. — p. 23, 30: *Γ*/ (*pro Γ*:) — p. 27, 17. 18. 19, *del Δ; ib.* 22: Is$^{\alpha}$ (*pro Δ*). — p. 28 *v. ult.: πᾶν ς* Maxim. — p. 29, 21 *adde* Stob. *post* Is$^{\alpha}$. — p. 30, 7: ἐσθήσεσι *Γ*. — *post* p. 35, 8 *adde*: § 62. τούτοις . . . βούλονται] AB. 143, 8. ἐξέσται Is.: ἔξεστι BA., *cf.* p. 51 ann. 2/ βούλονται Is.: βούλοιντο AB., corruptum. — p. 40, 1: 107 (*pro* 106). — p. 42, 30: Cic. de or. — p. 47, 20 (ὥσπερ...*E*)/ *pro* / ὥσπερ...*E*/. — p. 49,4 cf. etiam CJA II 1, 807^{b} 76 sqq. et eadem in formula passim. — p. 51,27: Valck. — 53, 27: κτέ.]. — p. 59, 4: Suid. s. v. 3 *et* Cram. An. Ox. — p. 62,2: Par. IV 172, 2. p. 66,4 *dele* 2) — 70, 14: VII 1062 ann. — *post* p. 72,6 *adde*: § 19. ξενιτευομένους] *Harp. v. ξενιτευομένους; cf. V 122. — 73, 17: Baroccianum; ib. 29: παρ-αινέσεων; ib. 32: Certissimum. — 79,4 primo (*pro* altero). — p. 93,35 ἐπὶ c. gen. pro ἐν: cf. etiam Hartel, Wien. Stud. V 10. — 96, 10 sqq.: *at cf. ad.* 35, 8. —

In annotationibus:

p. 10^{1}: cf. Oncken Isokr. u. Athen p. 95. — p. 8^{3}, 5: factam. — p. 16^{2}, 1 Ribittianae versionis. — p. 19^{1}, 1 Barocciani. — p. 28^{4}, 1: Prisciani. — p. 29^{2}: plura vide apud Schwabe de dic. gen. Isocr. p. 23 sqq. — 44^{1} *adde*: οὐδένα μὲν πώποτε III 35. — p. 39^{3}, 1 συνναυμαχήσαντες. — p. 45^{1}: contrarium frustra docere studet Bock, de cod. Isocr. Urb. (*Γ*) auctoritate p. 27. — p. 47^{1}. cf. Bock l. c. p. 30. — p. 112^{3}, 14 *scribe Γ (pro 'libri') et adde post* 9: οιαυτ. ς Is$^{\alpha}$.